

Johannes Vorst    Wolfgang Ouw

## **Dissertatio Politica De Summa Potestate Civitatem Gubernandi, Quam Unus Obtinet, Deque His, Quae Ei Sunt Affinia**

Rostochi[i]: Richelius, 1651


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730214265>

Druck    Freier  Zugang



RH Mic 1657.

Johann von hier  
Wolfgang Oiw



DISSERTATIO POLITICA  
DE  
SUMMA POTE-  
STATE CIVITATEM  
GUBERNANDI, QVAM UNUS  
OBTINET, DEQVE HIS, QVÆ  
EI SUNT AFFINIA,

QVÆ

CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS  
PHILOSOPHICÆ  
IN ACAD. ROSTOCHIENSI  
PUBLICÈ DISPUTANDA

PROPONITUR

PRÆSIDE

M. JOHANNÈ VORSTIO,

RESPONDENTE

WOLFGANGO OUV  
FLENSBURGENSI,

AD DIEM XIV JUNII.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LI.




CELSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO,  
DN. PHILIPPO,  
HÆREDI NORWEGIÆ, DUCI  
SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMA-  
RIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITI OL-  
DENBURGI ET DELMEN-  
HORSTI, ETG.  
DOMINO MEO CLEMEN-  
TISSIMO.

**Q**UOD sub illustri tuo nomine, CELSIS-SIME PRIN-  
CEPS, hanc de Monarchiâ dissertationem in lucem prodire  
voluerim, causæ me non leues impulerunt. Una est, quod Celsitudo  
tua bonas literas, harumq̃ cultores amore ac benevolentia semper pro-  
sequuta fuit, & adhuc prosequitur. Altera, quod Celsitudo tua in me  
meosq̃ singulari quadam benevolentia est, & summa in nos beneficia  
contulit. Utrumq̃ve nim. istorum publicè profutendum erat, & quia  
prius etiam circa meam professionem pluribus est notum, præcipuè  
profutendum erat posterius. Oro autem humilimè, ut serenâ fronte  
tenues istas chartas suscipias: itemq̃, ut conatibus meis porro faueas,  
& contra malignos dentes nos protegas.

CELSIT. TUAM

humilimè colens

WOLFGANGUS OUW,  
Flensburgensis, Resp.



# ΣΥΝΘΕΩ.

**E**Ximia ac salutaris res est, quod magnæ societates certâ ratione gubernandas se ultro præbent, vel aliquâ ratione saltem gubernantur. Sanè tam eorum, qui homines nati sunt, depravata natura est, ut injuriis se penumero se appetant invicem: facturi etiam amplius, si impunè possent, & nî pœnæ formidine necesse haberent abstinere. *Υβριν ἀπὸ πάλου*, ut Græcus Poëta ait, *κόπῃ ἐδύσαντο ἀλλήλων ἀπέχειν*. Quod cum singulæ, etiam barbaræ gentes, probè & olim intellexerint, & hodiè quoque intelligant, æquis animis jugo se submiserunt ac subjiciunt, aut jugum quoque passi sunt ac patiuntur. Cappadoces, ut apud Strabonem est, negarunt se sine Rege posse vivere. *Οἱ περὶ τῆς Ἀσίας ἱσχυρίζονται τῆς δεσποτικῆς δεξιῶν, ἢ δὲ διὰ δυσχεραίνοντες*, ut Aristoteles observat lib. III. Polit. c. XIV. Hinc etiam est, quod talia legimus, apud Senecam quidem: *Æquum atque iniquum regis imperium feras*; apud Tacitum verò: *Boni imperatores voto expetendi, qualescunque tolerandi*. Si verò unius imperium non placuerit quibusdam, æquis tamen animis alicui potestati se subjiciunt, quam quidem non omnium, sed singulorum potestate velint majorem esse. Intelligunt quippe, non posse commodè inter se versari homines, nisi ita faciant. De tali quâdam re, quâ magnæ hominum societates gubernantur, libet nobis pauca commentari, quidquid circa eam verissimum sit exquirere.

II. Principio de vocabuli *potestas πολυσημία* monere, non præter rem fuerit. Sæpe illa *potentiam* & *vires* significat, quibus resistere non possis, ut cum dicimus, *tenere aliquem in suâ potestate, in potestatem hostium venire, in suam potestatem redigere*. Ita dici quis potest in potestatem latronum venire aut redigi. In aliis significat *jus aliquid faciendi*. Atque is significatus est in his Tullii, *Quicquid in hac potestate prætorîâ possum, potestates gerere, per potestatem facere*,

*Vir summâ potestate præditus, Vir dignus potestate & dominatu omnium rerum.* Deinde & illi ipsi, qui tale jus habent, *potestates* dicuntur, ut in his ejusdem Tullii, *Amagistratu aut ab aliquâ potestate legitimâ evocatus.* Sunt & aliæ vocis significationes, quas recensere nihil nunc attinet. An verò & illum, *qui aliquid agit, quod non licet aut prævum est, cui tamen resistere non licet alij cuidam,* dicemus *potestatem habere, & ex potestate agere?* exempli causâ, si Dominus servum aut pater filium durius tractet, quam par est: si Rex in subditos sævus sit. Equidem non satis memini, an ista notio vocabulo *potestas* à Latinis significetur. Quia tamen vicinæ res sunt *jus faciendi*, de quo paulo ante dicebamus, & *licere alicui agere, quod prævum est, cui tamen resistere non liceat alteri;* & quia in unâ eademq; personâ quàm hæpissime ista unâ sunt: liceat & posterius illud vocabulo *potestas* comprehendere de rebus politicis ac moralibus differenti. Sic & *jus reddere* dicitur Prætor, cum iniquè decernit. Vide l. XI. D. de orig. J. Singulæ istæ notiones vocabuli *potestas*, probè nobis in hæc *negyugatiæ* sunt observandæ. Præcipue tamen observanda nobis est secunda earum notionum, quas ostendimus.

III. Sed fortasse nec secundam istam notionem vocabulis satis idoneis nos expressimus. Diximus, *potestatem* significare *jus aliquid faciendi.* Ipsum vero vocabulum *jus* non parum est homonymum. Est, ubi significat id quod facere te oporteat, aut omittere. Sic justè agere, temperantem esse, egenti stipem dare *jus* est. Est etiam, ubi significat *id quod facere licet, ita quidem ut non agas prævè, neque eo pecces.* Ita magistratus *jus* habet capitis damnandi maleficum. Ita princeps *jus* habet tributum imperandi, quod in bellum impendatur. Nos in præsens vocabulum *jus* posteriori significato usurpare voluimus. Rectissime intelligetur, quid velimus, si vocabulum *potestas* non seorsum definiamus, sed alteri junctum. *Potestatem habere* igitur, præcipue nobis significabit, *licere alicui aliquid agere, ita quidem ut ipse eo non peccet, aut prævè agat, nec resistere ei debeat alius.* Verbi causâ, cum dico, *Carolus V. potestatem habuit feuda imperij tribuendi legitimis Vasallis,* tum id volo dicere, *Carolo V. ita licuisse agere, ipsum eo non egisse prævè, nec resistere ei debuisse alium, cum ita egit.* Verum equidem est, ipsum oportuisse quoque ita agere. Sed istis verbis, quæ ponebamus, hoc posterius non potest exprimi. Cum

abdicauit imperium, idq; in fratrem ejus Ferdinandum translatum fuit, eam potestatem, quam habuerat Carolus, postea habuit Ferdinandus, hoc est, quod antea licuerat Carolo, ita ut is male non ageret, postea licuit Ferdinando. Dum autem talia agere alicui licet, debet quoq; omnino ita agere, sive oportet ipsum talia agere. Cum non amplius licet, tum quoque non amplius oportet: e. c. cum Carolus non amplius potestatem habuit feuda imperii Vasallis tribuendi: tum nec amplius oportuit ipsum hoc facere, sive non amplius obligatus fuit ad id faciendum. Si enim amplius obligatus fuisset, peccasset utique, quod postea Ferdinandum id agere passus fuit, neque amplius ipse fecit. Sanè ῥ δέον sive ῥ πρέπειν sæpe adhæret isti, quam dixi, potestati. Cum autem potestas desinit, hoc est, cum quis potestatem abdicat, & publicè profitetur, se eam non cupere retinere, tum etiam ῥ δέον desinit, quod secutum fuerat potestatem.

IV. Istiusmodi potestatem, qualem descripsimus, apud varios observare licet. Prætor potestatem habet cognoscendi causas, casq; judicandi. Habent & judices dati eam potestatem. Donandi, deq; bonis suis legandi potestatem habent οἱ τυχόντες. Servo operas injungendi potestatem habet herus. Rex potestatem habet tributum imperandi & vestigalia, ad bellum gerendum. Est utique commune omnibus istis potestatibus id, quod nos paulo ante memorabamus, nimirum *ius aliquid faciendi*, hoc est, licere tibi aliquid facere, ita ut ipse non agas præve, nec resistere tibi, aut actionem tuam interpellare debeat alius. Illis verò accensendum etiam illud est, de quo nos instituimus agere, summa potestas nim. civitatem gubernandi, quam unº quidam obtinet. Sed hic vocabulorum notiones ante amplius exponendæ fuerint. *Civitas* igitur nobis est familiaris, pagorumq; societas, quæ vitæ perfectæ & sufficientis gratiâ coit. *Potestas civitatē gubernandi* est potestas vel faciendi vel imperandi, quibus fiat, ut cives commodè & quietè vivant, & quantum fieri potest, ex virtute agant. *Summa* deniq; potestas civitatem gubernandi est talis potestas, à quâ cæteræ omnes potestates dependent, sive cujus actº nulli eorum, qui civitatis membra sunt, vi interpellare licet, aut irritos facere. Aristoteles istam potestatem appellat ῥ κύριον τῆ πόλεως, & ἀρχὴν κυρείου πάντων.



Et qui illam obrinet, eum appellat *κύριον τῆ πόλεως*, item *κύριον πάντων*. Nostri homines *majestatem* appellare solent: itemq; *τῆ πολιτείας μὲν ἐκ περιουσίας*, *jura majestatis*.

V. Sed summa ea potestas, quâ civitas gubernatur, non est potestas, quâ unius modò generis actiones edimus aut imperamus, sed est compositum quiddam ex diversorum generum potestatibus; talibus tamen, quæ ad salutem civitatis singulæ pertinent. Aristoteles eas potestates recensuit non uno loco. Insignis præ cæteris est iste, qui legitur in quarto *πολιτικῶν* c. 14. & ita habet: *Tres sunt partes in omnibus rebus publ. in quibus singulis quid conducatur, bonus legum conditor considerare debet. Cum illæ partes bene se habent, habent & ipse resp. se bene; & differunt quoque à se invicem. Trium istarum partium una est, consultare de communibus. Altera est de magistratibus providere, hoc est, quales esse oporteat, & quarum rerum præcipuos, & quomodo sint eligendi. Tertia pars est, judicia exercere. Præcipua harum partium est consultare de communibus, utpote de bello & pace, de societate belli ineunda & dissolvenda, & de legibus, & de morte, & de exilio, de publicatione honorum, de rationibus reposcendis.* Dionysius Halicarnassensis in libro IV. Antiq. Rom. tria præcipuè recenset, quæ ad potestatem eam, quæ in civitate summa est, pertineant, potestatem magistratuum creandorum, potestatem ferendarum legum, & potestatem de bello & pace decernendi. Sed quæ ad summam illam potestatem pertineant, id optimè potest intelligi, si consideremus civitatis finem, sive, ut Philosophus loquitur, *τὴν ὅλην χάριν σωέσθαι ἢ πᾶσι*. Complexus illum finem est Philosophus paucis verbis, quæ sunt in III Pol. c. 6. *In superioribus libris, inquit, dictum est, naturâ esse hominem civile animal ac sociale. Ex quo fit, ut si etiam nihil indigeant mutuo auxilio, nihilominus affectent mutuam societatem. Quintiam & communis utilitas conjungit eos, in quantum singulis confert partem bene vivendi. maxime igitur hic est finis & publicè & privatim. Congregantur etiam ipsius vitæ gratiâ.* Nimirum in his dicit summus Philosophus, magnas hominum societates, quæ civitates appellamus, fieri & constitui, tum quòd homines ducantur istiusmodi societate quodam naturæ instinctu, tum ut auxilium ab invicem præstetur,

tum

tum ut vitam aliq̄ sua conservare queant, atq̄ve adeò injuriis  
τὴν πόλιν non sint expositi. Ut igitur istos fines obtineat civitas,  
tum ab externorum injuriis eam defendi opus est, tum ab eorum  
quoq̄ve, qui ejusdem civitatis sunt membra. Nam & illi, qui quietè  
& commode vivere ipsi optant, sæpe non permittunt eodem bono  
frui & alios. Ut autem permittere necesse habeant, vi quadam ad id  
sunt adigendi, ac pœnis coercendi. Injuriam, quas externi meditan-  
tur inferre, depelli aliter nequeunt, quam illis eundo obviam, eosq̄  
cogendo, ut ad sua se recipiant. Si verò injuria illata jam fuerit, vin-  
dictam exercere licet publicè. Injuriam, quas meditantur inferre isti,  
qui in eadem versantur civitate, depelli possunt, si malorum homi-  
num conatus reprimantur; aut si ante intulerint, quam potuerint  
reprimi, pœnas luant. Quo fiet, ut & ipsi, & alii deterreantur, ne  
similia patrent; vel ut ipsi, qui patravissent, patrare amplius non pos-  
sint, è vitâ quippe eliminati.

VI. Apparet, ad id, ut civitas commodè & quietè degere que-  
at, requiri primò *duplicem potestatem* in eadem existere, *bellum geren-  
di*, hoc est, externos hostes depellendi aut eorum injustos conatus  
vindican-di, & *ius reddendi* sive *judicia exercendi*. Sed utraq̄ve ista-  
rum potestatum, potest vel summa esse, vel talis, quæ à summâ sit de-  
legata. Dux belli habet utiq̄ve potestatem belli gerendi. Habet &  
prætor potestatem ius reddendi. Sed neutra earum potestatum est  
summa. Oportet autem & belli gerendi, & ius reddendi potesta-  
tem aliquam summam esse in civitate. Nè enim esset, alter alterum  
*obturbarer*, nec quæ publicè expediunt, curæ cordiq̄ satis haberet.  
Atq̄ve in eo summus consensus omnium gentium observari potest.  
Porro autem & illud non obscurum est, non posse hos, qui summam  
potestatem obtinent, hanc ipsam exercere, nisi aliis subinde potestatem  
aliquam delegent, eosq̄ *permittant ac jubeant* suo loco res tractare.  
Exempli causâ, si unus homo summam & belli gerendi, & juris di-  
cendi potestatem habeat, non potestis singulis illorum, quos contra  
hostem mittit, edicere, quid agi velit civitatis tuendæ causâ. Ita  
nec ius singulis ipse potest reddere; præcipuè si civitas, quæ guber-  
nanda est, paulo amplior sit. Deinde si singulorum causas ipse pos-  
set cognoscere, non tamen ea unius prudentia est, ut non subinde  
consilio

consilio opus habeat aliorum. Quare manifestum est, subinde opus esse, ut potestas quædam delegetur aliis ab eo, qui summam habet. Huc igitur pertinet *potestas magistratuum creandorum*, hoc est, potestas quibusdam aliis potestatem delegandi, quæ hi curare possint, quæ ad publicam salutem pertinent. Porro ut hi, quibus potestas delegatur, omnia, quoad ejus fieri potest, ex mente faciant illius, qui summam potestatem habet, oportet leges ferri, secundum quas jus dicere debeant. Hinc igitur oritur *potestas leges ferendi*. Sed revera duæ istæ potestates, *magistratum, inquam, creandorum*, qui jus reddant, & *ferendarum legum*, pertinent ad summam potestatem jus dicendi, & hujus quasi sunt appendices. Nam qui leges fert, quibus causæ deciduntur, is universalia pronunciata ponit de jure, sub quibus subsุมi vult ab his, qui magistratus appellantur. Tum quoque, cum magistratus jus dicit, ipse ille utique, qui summam potestatem juris dicendi habet, id putandus est dicere. Sunt deinde & aliæ quædam potestates, quæ ad summam pertinent, sed unius istarum, quas jam recensuimus, itidem sunt appendices, utputa potestas *federa pangendi cum externis*, potestas *vectigalium & tributorum imperandorum*, potestas de *monetâ præscribendi*.

VII. Sed videtur & alia quædam potestas esse, quæ ad summam illam, quam diximus, pertineat, & alicujus earum partium, quas recensuimus, appendix dici nequeat, *potestas puta curandi*, ut recte de summo numine sententiæ imbibantur, & idem quoque rectè colatur. Sanè quantum momenti situm sit in rectis de divino numine sententiis, id obscurum esse non potest: exempli causâ in eo, quod subditi sciunt, existere numen bonum, justum, omniscium, omnipotens, præmia dare se colentibus. Formidine pœnæ civilis deterrentur utique *homines à malis actionibus*. Sed & istis de Deo, & rebus divinis notionibus deterrentur plurimi, & ad rectas actiones rursus etiam invitantur. Optimè verò respublica se habet, si istis deterreantur, aut invitentur multò plurimi. Ita enim fit, ut magistratum minuatur labor, & respublica multis civibus per capitalia supplicia non privetur. Sed nec ipsi illi, qui summam potestatem obtinent, perinde ab insidiis ac injuriis possunt tuti esse, sive istis de divino numine notionibus imbuti sint cives, sive etiam non sint.

Tam

Tam hæc sunt clara, ut quibusvis etiam gentibus minimè obscura fuerint. Ciceronis hæc sunt in lib. I. de nat. Deorum: *Pietate sublata fides etiam & societas humani generis, & una excellentissima virtus iustitia tollitur.* Plutarchus religionem vocat *σωκελικὸν ἀπίσθησιν κωνωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεσμος.* Apud Xenophontem lib. VIII de pæd. Cyri, ipse Cyrus dicens inducitur, hoc cives sibi addictiores futuros, quo numinis essent reverentiores. Cum igitur tanti momenti res sit, de divino numine rectas imbibisse sententias, non dubium est, quin is, qui de cætero civitatis felicitatem procurare debet, summam potestatem habere debeat imperandi talia, quæ ad cultum divinum rectè instituendum pertinent. Tres istas summæ potestatis partes, quas nos nunc recensuimus, recensuit eodem ordine Diotogenes in lib. *ᾠεὶ βασιλ. Ἐγρα βασιλέως, inquit, ἡγία, πῆτε σρατηγεν, καὶ δικαστολῆν, καὶ θεραπέυειν τῷ θεῷ.*

VIII. An verò talem, tantamq; potestatem ab uno quodam homine obtineri fas est? summam, inquam, potestatem belligerendi, jus reddendi, & cultum summi Numinis procurandi, quam revocare ab ipso, sive ipsi adimere nunquam integram sit istis, qui imperio subsunt; si maximè is, qui summam potestatem habet, non observet deum istud, quod potestati illi adharere supra diximus. Nos quidem affirmamus, nihil hæsistantes. Et affirmat tantùm non totus orbis. Tantùm pauci quidam reperiuntur, quibus vel alia mens revera est, vel aliam sibi mentem esse profiteri libet,

— — *Ἐτ' αὐδὴ κέρδιον ἔξαρτύγη  
Ἀνθρώπων, αἰδῶ δέ τ' αὐαῖδάη κατὰ δῆλη.*

Constat inter omnes, quosdam fanaticos homines in Angliâ non ita pridem istiusmodi mentem præ se tulisse, dum nim. legitimo suo Regi summam, quam is habuerat, potestatem ademerunt, eundem ad infame supplicium rapuerunt, & facinorum suorum rationem quoque reddere fuerunt conati. Sed si maximè verum id esset, posse Regi haud laudabiliter imperanti adimi potestatem ab his, qui ejus imperio paruerunt: fanatici homines Angli tamen qui Regem suum ad supplicium rapuerunt, pro infantibus minimè forent habendi. Sanè consentaneum ita foret, potestatem adimi non à paucis quibusdam, in quos imperium Rex habuerat; sed à toto populo: vel saltem à majore parte, non dissentientibus præcipuè honoratioribus,

B

prudent.

prudentialibusq; Jam verò ignotum non est, eos, qui potestatem optimo Angliæ Regi ademerunt, fuisse perpaucos, & potestate causas judicandi nunquam antea fuisse instructos: dissensum suum testatos fuisse plerosque omnes, qui subditi Regi fuerant, eamq; ob causam non paucos nobiles à fanaticis in carcerem fuisse compactos, ac dignitatibus suis privatos; alios qui vel leviter indictarunt, dolere se, quòd Regem suum viderent ad supplicium rapi, fuisse malè multatos. Deinde nec verum est, quòd fanatici homines criminati sunt, Regem suum fuisse malum. Sed de fanaticis istis hominibus vix mirum est, eos eò prorupisse sceleris, cum & aliis absurdis & vix fando auditis dogmatibus infectas mentes gerant. Depinxerunt eos jam ante nos vivis suis coloribus viri summi.

*IX. Hoc mirum videri possit, existisse viros non ineruditos, & de cætero non malos, qui in eandem sententiam scribere non erubuerint. Sunt quidem in illis Stephanus Junius Brutus, Georg. Buchananus, Fr. Hotomannus, Lamb. Danæus, David Paræus, Matthias Martinius, Philippus Hænonius, Joh. Althusius. Postremi horum in præfatione libri sui Politici inconcinna verba sunt: Hæc majestatis jura, quæ dicuntur, regno adeò sunt propria, ut soli hæc competant, ejusq; spiritus vitalis, anima, cor & vita sint, quibus salvis Resp. vivit; & quibus sublatis interit & pexit illa, nomineq; hoc indigna judicanda. Concedo, horum jurium principem seu summum magistratum esse dispensatorem, administratorem, & procuratorem. Proprietatem verò illorum & usum fructum adeò jure ad regnum seu populum univèrsim pertinere contendo, ut hisce, etiamsi velit se abdicare, eaq; in alium transferre, & alienare nequaquam possit: non minùs quam vitam, quam quisque habet, alij communicare potest. Contendit iste homo, jura majestatis non posse à populo in alium transferri, si maximè populus transferre velit: tantum abest, ut, si transtulerit populus, hunc revocare ea posse, negare velit. Hugo Grotius, quamvis optimè probet, summam potestatem non semper esse populi, præmisit tamen sanæ huic doctrinæ quiddam, quod ei parum est consentaneum. In libro I. de jure b. & p. c. III. num. 7. cum dixisset, quid vocetur summa potestas, subdit deinde, summæ potestatis subjectum esse vel commune vel proprium: ut visus subjectum commune sit corpus, proprium oculus.*

*epistola  
ye. D.  
glory.*

ōculus. Summæ potestatis ſubjectum commune eſſe civitatem : ſub-  
 jectum proprium eſſe perſonam unam, pluresve. Non negaverit Vir  
 ſummus, eſſe, ubi ipſa civitas ſummæ potestatis ſit ſubjectum propri-  
 um, ut ipſe loquitur, vel, ut clariùs dicam, ſummam potestatem eſſe  
 aliquando populi & totius civitatis. Nunc verò, cum de ſummâ po-  
 teſtate agit, id conſiderandum proponit, tum, cum unus pluresve  
 ſubjectum proprium ſunt ſummæ potestatis civitatem gubernandi,  
 ipſam civitatem tamen ſubjectum commune eſſe. Nos neſcimus,  
 an id *δ' ἀνεπίστως* dictum eſſe queat videri. Sanè nec illud, cui ana-  
 logum quid in civitate vult oſtendere, ſatis eſt commodum. Sci-  
 mus ipſum hominem commune ſubjectum viſus ſolere dici, itemq̃  
 ſubjectum *quod*, & ſubjectum denominationis. De homine non  
 ineptè dicitur, ipſum videre, & potentiam videndi habere. Deinde  
 & de parte hominis, nim. de oculo, dicere licet, ipſum videre. In *uno*  
*per ſe*, inquam, non malè habet illa ita dici. De *uno per accidens* au-  
 tem minùs commodum eſt iſtas *ρήσεις* uſurpare. Neq̃e ut de ho-  
 mine dico, ipſum videre, & potentiam videndi habere, ita & de po-  
 pulo dici poteſt, ipſum potestatem habere ſui gubernandi, & ſe quo-  
 que gubernare; ſi quidem potestas ipſum gubernandi revera penes  
 principem fuerit. Eſſe, ubi populus ſubjectum ſit ſummæ potestatis,  
 ſive ſummam potestatem habeat, minimè nos negamus. Tantùm  
*ρήσεις* illas, *ſubjectum commune*, *ſubjectum proprium*, nolimus his ap-  
 plicari. Sed non tam malè ſenſit Vir ſummus, quàm incommodè  
 eſt locutus. *Τὰ μὲν ἔν ἀφείδω.*

X. Cum alteris illis, quos prædiximus, agendum nobis præci-  
 puè eſt. Eorum quidam apertè dicunt, ſummam potestatem ſem-  
per manere populi, nec poſſe hunc unquam alienare illam. Verba  
 Alchuiſii id ſatis manifeſtè volunt. Alii, quamvis non planè in ean-  
 dem ſententiam pronunciarint, tamen nec ipſi rectè ſentiunt, *Para-*  
*us* puta, Martinius, Steph. Junius Brutus. Docuerunt hi, licere ſub-  
 ditis merè privatis in aliquo caſu invadere Tyrannos ſuæ ditionis: li-  
 cere talibus, ſi tyrannus tanquam latro impetum in eos faciat, nec ipſi  
 poſſint potestatem ordinariam implorare, nec aliâ ratione periculum  
 effugere, armis ſe ſuosq̃ non minus contra tyrannum, quam contra

privatum grassatorem defendere. Videntur hi illud velle, quamdiu Princeps summâ suâ potestate plebem gubernandi rectè utatur, nec ipse savus sit in quosdam, non licere ipsi resistere, aut summam potestatem adimere, nec vitâ eum privare: si vero savus sit in quosdam, tum demum ipsum summam potestatem per savitiam suam amittere, & patere cujusvis insidiis. Althusii sententiam, ut eam primò excutiamus, dicimus non falsam modò, sed & ineptam esse. Statuit ipse, summam potestatem non posse à populo in alium transferri, & semper eam manere penes populum: ratione usus tamen & administrationis spectare ad summum magistratum, cui à populo sit commendata. Quid illud significabit, *populum non posse in alium transferre? An hoc, populo non licere, populum, se faciat, peccare? An vero id vult, si populus transferre cogitet potestatem in unum quendam, & credat etiam se revera transferre, tamen eam potestatem manere penes populum, quamvis hic id nesciat aut non intelligat; & si agnoscere incipiat, summam potestatem penes se mansisse nihilominus, posse eam potestatem denuò usurpare, si velit? Videtur Althusius hoc posterius voluisse; idq; posse præcipuè ex eo liquere, quod addit, *quemadmodum vitam suam, quâ quis fruitur, alii communicare non potest.* Verum utique est, per naturam fieri non posse, ut quis vitam suam communicet alteri, hoc est, ut aliud corpus easdem potentias habeat, & easdem actiones edat, quas antea habuerat & ediderat alter: Quam verò inepte cum hoc confertur summa potestas bellum gerendi & jus reddendi, hoc est, & licere alicui bellum gerere & jus reddere, ut ejus actiones non possit interpellare alius! Cum dicit, *populum non posse transferre istam potestatem in aliquem*, videtur id non aliter posse intelligi, quam, si populus profiteatur, libente se fieri, ut unus quidam in posterum pro arbitrio suo bellum gerat & jus reddat, aut reddendum curet, nec interpellaturum se unquam ejus actiones, tamen licere populo actiones ejus interpellare, eiq; resistere. Id nim. videtur significare comparatio ista, quam Althusius adhibuit. Eam ita ad liquidum reducimus: quemadmodum nemo potest alteri vitam suam communicare, hoc est, facere, ut aliud corpus easdem potentias habeat, & per potentias istas easdem actiones edat: ita populus non potest summam potestatem, quam ipse antea*

obtinue-

obtinuerat, alteri communicare, hoc est, non potest facere, ut uni  
cuidam homini in posterum ita liceat bellum gerere pro arbitrio, &  
jus quoque reddere, ut populus postea non liceat unquam actiones  
unius istius hominis interpellare.

XI. Nunc mentem Althusii planissimè tenemus. Nim. id  
vult, populo nihilominus postea licere actiones unius istius interpel-  
lare, si ita visum fuerit, & quod sibi videtur, facere; si maximè po-  
pulus non intelligat aut animadvertat id sibi licere. Nos igitur  
quod ad illud contradicimus Althusio, & existimamus, non licere po-  
pulo unius talis actiones interpellare, sive populum, ubi recepit, se  
nunq. interpellaturum, obligatum planè esse ad non interpellandum.  
Sanè quævis promissio, quæ alicui fit, si non est de re turpi, obligatio-  
nem facit in promittente. Ipsum Deum contra naturam facturum,  
si promissa non præstaret, sacræ scripturæ liquidò affirmant, non uno  
in loco. Eadem & obligationem istam, quæ ex hominum nascitur  
promissis, tam liquidò asseruerunt, quam quod maximè. Notum  
est illud Salomonis: *Eli mi, si quid spondidisti alteri, defixisti externo  
volas tuas: illaqueatus es verbis oris tui: captus es enunciationibus oris  
tui.* Si igitur & populus recepit, se non resitutum principi, o-  
portet ipsum promissis stare, & ad non resistendum obligatus planè  
est. Huc allegandus meritò fuerit summus consensus gentium cul-  
tissimarum. Sanè quod summo consensu cultissimæ quæque gen-  
tes senserunt, id rectæ rationi consentaneum esse meritò censendum  
est. Primo id recolamus, quod sapientissimi scriptores consenti-  
unt, esse Reges, qui nemini rationem reddere debeant, nisi soli Deo,  
qui sint *ἀρχεῖ, αὐτοκράτες, ἀνωπέθουοι*. Aristoteles, ubi regnorum  
genera recenset, hoc est, in III Polit. c. XIV. dicit quintam regni  
speciem esse, *ὅταν ἡ πάλιν κύριος εἰς ὅν, quando unus aliquis omni-  
um habet potestatem.* Et in c. XVI. talem Regem describit, quod  
*ἡ πῦρ αὐτὸ βέλησιν πάντα πράττει.* Apud Herodotum, antiquissi-  
mum historicorum, exstat insignis oratio Otanis Persæ cum aliis qui-  
busdam de optimo Reipubl. statu deliberantis. Inter alia autem im-  
periorum genera recenset is Otanes *μοναρχίην* quoque, *ἢ ἕξου-  
σίων δυνάμειν, πρὸ βέλητι.* De suis quoque ipsorum Regibus non  
B 3 aliter



aliter sensisse Perfas, quam ipsis impunè licere, quod libeat, hoc est, non licere subditis actiones eorum interpellare, ex Herodoto itidem scimus. Nam cum Cambyses, monstrum hominis, ex suis quæret, an sibi liceret sororem germanam in matrimonio habere, responsum ipsi est, ἔξεναι ποιεῖν, τὸ ἀν βέληται. Apud Plutarchum in vitâ Themistoclis Artabanus Perla profitetur optimam Perfarum legem hanc esse, τὸ ἡμῶν τὸν βασιλέα κὲν προσκυθεῖν, ἐκείνα τὲ πάντα σώζειν. Dicit hic Perla, Regem Perfarum imaginem Dei esse cuncta servantis. Ex quo satis intelligi licet, Perfas ita statuissè, Regem suum nullâ ratione licere violare, aut actiones ejus vi interpellare. Idem Plutarchus in Flamini vitâ dicit Reges esse, οἱ δὲ κτὲ τὰς νόμους μόνον, ἀλλὰ κὲ τῶν νόμων ἄρχουσι. Pausanias item in Messenicis βασιλείαις opponit δέχῃ ὑποδύτω. Dio Cassius lib. LIII de tali principe dicit, esse eum ἀντιπελῆ ὄντως κὲ ἀντικράτορα κὲ ἑαυτὸν, κὲ τῶν νόμων, πάντα τε, ὅσα βέλουσ, ποιεῖν, κὲ πάντα ὅσα ἀν μὴ βέλουσ, μὴ πράττειν. Æschylus Argivorum Regem ἄπειτον πρῦτανν vocat, *rectorem, qui non possit judicari*. Innumera id genus apud optimos quosque & cordatissimos scriptores legere licet. Cæterum illud probè imprimis est observandum, quod optimi quique disertè monuerunt, ferendos esse Reges, si maximè sævi sint, nec licere his resistere, aut eos de medio tollere. Aurea verba sunt gravissimi scriptoris C. Taciti: *Quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cætera mala, ita luxum & avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur.* Itemque illud ejusdem: *Boni Imperatores voto expetendi, qualescunque tolerandi.*

XII. Exstat ut apparet summus consensus de eo, posse unum hominem summam potestatem habere civitatem gubernandi, & ne tum quidem resistere ei licere, si pessimè agat. Quanto minùs igitur actiones ejus, si non pravæ sint, sed ad salutem civitatis directæ, interpellari posse censendum est? Nec de talibus modò loquuntur, qui bonâ gratiâ parentium capefferunt imperium, sed de his quosque, qui principio vi id arripuerunt. Quanto igitur magis non resistendum his erit, quibus imperium libentibus animis delatum est à subditis?

subditis? Cum a tanto consensu id assertum olim fuerit ab optimis quibusque, annon recta ratio & lex naturæ, quod dicebamus, idem putanda est jubere? An verò Althusium quendam, & nequam homines Anglos audire præstat, pertendentes, summum imperium a populo separari nunquam posse, nec magis in unum quendam posse transferri, quam vita alicujus hominis in alterum? Si sacras scripturas advocare liberet, quam ex his quoque Althusiani pronunciati inconcinnitas demonstrari posset! Mirum omnino est, si quippiam aliud, hominibus, qui sacras literas norunt, tam fœdas opiniones venire posse in mentem: idque eò magis, quod scimus, optimos quosque, qui veteri ævo vixerunt, nec sacras literas sciverunt, ex lumine naturæ liquidò perspectum habuisse & summo consensu asseverasse, posse summum imperium penes unum quendam esse, ita quidem, ut ejus actiones non liceat vi interpellare, aut eum violare.

XIII. Dum Althusii inconcinnum pronunciatum excussimus, attulimus talia, quæ Davidis Paræi quoque & aliorum quorundam absurda dogmata evertere queant. Arbitratus est Paræus iste, se veram sententiam de resistendo aut non resistendo principibus, distinctis propositionibus explicasse in Comm. ad c. XII Iep. ad Rom. dub. IV. Propositionum istarum tertia hæc est: *Subditis merè privatis sine legitimâ vocatione neque ad invadendum tyrannos ante periculum, neque ad defendendum se contra eos in periculo, neque ad vindicandum se post periculum arma capessere licet: si ab ordinariâ potestate defendi possint.* Quarta autem istarum propositionum ita habet: *Subditis tamen merè privatis, si tyrannus tanq. latro & grassator aut stuprator in ipsos faciat impetum, & ipsi nec potestatem ordinariam implorare, nec aliâ ratione effugere periculum possint, in presenti periculo se & suos contra tyrannum sicut contra privatum grassatorem defendere licet.* Hæc scilicet Theologo digna oratio est. Imò verò digna, quæ in Angliâ publicè damnata sit, & si opus fuerit, pariter repudietur & alibi. Sed rationes Paræi lustremus, quibus impium suum dogma voluit firmare. Ex enim vero tam sunt ineptæ, ut autor dicis causâ videri possit eas posuisse. Primam rationem proponit his verbis: *Quia contra quos licita est defensio per magistratum, contra eosdem est licita defensio privati privata in casu necessitatis, cum ea, quæ sit per magistratum, haberi non potest.*

potest. At in casu necessitatis licita est defensio per magistratum inferiorem contra superiorem & per superiorem contra inferiorem. Ergo etiam tunc licita est defensio privata. Quid illis ineptiis fingi possit ineptius? Non blaterasset talia Paræus, si modò c. XIII ep. ad Rom. quod interpretandum sumpserrat, paulo attentius considerasset. Nunc verò τὸ ὑπερέπεξ νίεπεξ facit, & omnia miscet. Quis fando audivit de tali ὑπὸ ἀλλήλοισιν, qualem Paræus prodidit, defensionem esse licitam per magistratum inferiorem contra superiorem, quemadmodum & per superiorem contra inferiorem. Posteriores hunc ὑπὸ ἀλλήλοισιν statuerat ante orbis sanus, per superiorem nim. magistratum ab aliquo depelli posse injurias, quas inferior magistratus inferre meditatur. At alter ille inauditus planè est, inferiorem magistratum posse vi ab aliquo defendere injuriam, quam superior magistratus meditatur inferre. Inepta Paræi oratio nos etiam eò abripit, ut magistratum superiorem vocemus, quem *Regem, Principem* appellare debemus, si Latine velimus loqui. Sed qui quæso faceret inferior magistratus! Quam rationem præscribet Paræus, quam tenere possit inferior magistratus, si is, qui summam potestatem juris dicendi habet, gravi quempiam injuriâ afficiat? Utrum bello appetet? An verò in carcerem compinget, ad causam dicendam vocabitur, & è medio tandem toller? Nihil horum sine grandi absurditate cogitari potest. Inferior iste magistratus minister modò & instrumentum est ejus, qui summam potestatem juris dicendi habet, & hujus modò vice fungitur. Non autem debet aut potest aliter jus dicere, quam probabiliter cogitare queat ipsum principem jus dici velle. Quoniam igitur non id vult aut jussit Princeps, ut contra se jus dicatur aut in se propter delicta animadvertatur, non competit utique nec licet inferiori magistratui contra principem jus dicere, aut hunc propter delictum ad supplicium rapere. Hæc ethnici homines intellexerunt. Mirum, si non videant Christiani. Magis mirum, si is, qui sacras scripturas non segniter versat, idem illud minimè intelligat.

XIV. Videamus & alteram rationem, quæ nihilo est melior. Quia sublatâ defensione, inquit, sive publicâ sive privatâ contra atrocem savitiam tyrannorum, confirmaretur licentia tyrannorum infinita, quâ palam destrueretur societas civilis & ecclesia; quia scelerata pars tolleretur,

tolleret meliorem. Sine dubio autem lex Dei non ita stabilit tyrannorum licentiam, ut interea destruat<sup>r</sup> societas humana. Non igitur Deus sine exceptione vetat, tyrannis pro libidine in quorumvis vitam & salutem grassantibus resistere. His putat se posse εἰς ἀδύνατον ἀπάγειν, qui dissentire velit. Confirmaretur, inquit, tyrannorum licentia infinita. Nego hoc sequi. Id verò contendo verum esse, quod gravissimus auctor Tacitus scripsit: *Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur.* Nunquam factum est aut fiet, ut princeps in infinitum grassatus sit aut grassetur, hoc est, ut omnem suum populum eat perditum & trucidatum. Saltem animatus ita fuerit in subditos, ut Dominus in servum. Novit Dominus, *ὅτι ἐνδέχεται*, ut Philosophus loquitur, *ὅτι οὐκ ἔστιν ἄριστος τῶν δούλων*, & propterea, si unum modò servum habeat, hunc non facile de medio tollet, aut si plures, non facile trucidabit ad unum omnes. Sic & verendum non est, ne princeps societatem omnem prorsus destruat. Si unum vel alterum pro libidine suâ e medio tollat, eò non continuo omnis societas destruitur. Quod de lege Dei dicit, si verum id est, deprehendit suo ævo David Paræus, quod Veteres Christiani, qui & ipsi utique Spiritum Christi habuerunt, minimè potuerunt deprehendere, & omnium illorum oculis lemæ obhæserunt. Sed fateamur cum B. nostro Chemnitio, nos ab illis dissentire, qui fingunt opiniones, quæ nulla habent testimonia ullius temporis in ecclesiâ: sentire contrâ, nullum dogma vel de fide, vel de moribus, quod novum sit, & cum totâ antiquitate pugnans, recipiendum esse. Recolamus autem Veterum Christianorum sententiam. Cum nullo suo merito infinita millia trucidarentur, an quisquam Christianorum contra principem legitur insurrexisse, & injuriam depulisse? Cum regnum tractarent monstra hominum, hijs insidijs appeterentur à quibusdam, an quisquam Christianorum illis se addidit? Tertullianus in Apologetico, cap. XXXV de innocentia Christianorum gloriari nihil veretur. Unde *Cassij*, inquit, & *Nigri* & *Albini*? Unde *qui inter duas lauros obsident Casarem*? unde *qui faucibus ejus exprimendis palestricam exercent*? unde *qui armati palatium irrumpunt omnibus Stephanis (Sigeriis) & Partieniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id est, non de Christianis.* In his, quæ mox sequuntur,

gruntur, eos, qui Imperatores, etiam pessimos, trucidaverant, *parricidas* vocat. Ad Scapulam gloriatur in eandem sententiam: *Nunquam Albiniani vel Nigriani vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani.* Ne autem putes, Veteres Christianos non trucidasse tyrannos, seq; contra eorum vim defendisse, quod non valerent, vel non auderent; non quod non licere sibi crederent, expendamus & hæc ejusdem Tertulliani: *Si enim & hostes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum & copiarum? Plures nim. Mauri & Marcomanni, ipsiq; Parthi, vel quantacunque unius tamen loci, & suorum finium gentes, quam totius orbis? externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, Senatum, forum. Sola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissetus, etiam copius impares, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidiliceret, quam occidere? Seqvuntur hæc paucis interjectis priora illa in eodem Apologetico.*

XV. Quidam SS. Patrum ita animati fuerunt, ut moderamen inculpatæ tutelæ contra privatum quendam usurpare veriti fuerint. S. Ambrosius in lib. III. de Officiis c. 3. hæc scripsit: *Christianus etiam si in latronem armatum incidat, ferientem referire non potest; ne, dum salutem defendit, pietatem contamineat.* S. Augustinus ep. CLIV: *De occidendis hominibus, inquit, ne ab eis quisquã occidatur, non mihi placet consilium; nisi forte sit miles aut publica persona, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta legitimâ potestate.* Ex eo, quod moderamen inculpatæ tutelæ crediderunt contra privatum non licere usurpare, facile intelligitur, quam absurdum illis visum fuerit Paræi dogma, de eo, qui summam potestatem habet, occidendo, ne ipse interficiat. Sed privatum non licere interimere, ne ipse interimare, id minùs liquet. In altero autem de non occidendo illo, qui summam potestatem habet, planè mentem Christi tenuerunt. Cum Sanctus David adulterium ac homicidium commisisset, inter orandum & hæc pronuntiavit: *לך לך רצחתי לך לך רצחתי לך לך רצחתי* *tibi soli peccavi.* Si soli Deo peccavit, non peccavit Uriæ, quem interimendum curavit. Porro si Uriæ non peccavit, nec licuit Uriæ malum, si maximè potuisset, a se depellere, ita quidem, ut Regem iptum interficendo se incolumem præstaret. Quanta verò innocentia tum fuit

idem sanctus David, cum regno nondum esset admotus. Sape numero expertus fuerat, se à Saulo insidiis appeti, ac vix & ne vix quidem evaserat. Nihilò tamen fecius à cæde impii Regis semper sibi abstinentium putavit. Ejus in I Sam. XXI V. hæc sunt verba: *Quis injectà manu in unctum Domini insons erit?* Cum Achabus conqui- rendos & trucidandos curaret Prophetas, cumq; Elias quæreretur, se solum esse superstitem, suamq; quæri animam, an vel ipse Elias, vel alius Vir sanctus de impio Rege è medio tollendo unquam consilia iniit? an unquam sicarios subornavit, qui ipsum è medio tollerent? Minimè vero. Increpationibus & minis leguntur usi fuisse sancti illi Viri; nequaquam vi externâ. Huc omnino pertinet, quod de **ךמה שפסם** *jure Regis* legimus in I. Sam. cap. octavo. S. Pauli & S. Petri hæc sunt: *πῶσα ψυχὴ ἐξ ἐσθίας ὑπερεχέσθαις ὑποτάσσεται. ὑποτάσσετε ἐν κτίσει ἀνθρωπίνῃ κτίσει, ἀλλὰ τὸν Κύριον.* Cum quibus quomodo consistere queat ea interimendi licentiâ, quam Paræus & alii quidam prodiderunt, nos equidem non videmus.

XVI. Non Veteres modo Christiani, qui mentem Christi ex sacris scripturis haurire potuerunt, Davidis Paræi dogma damnassent, si ipsorum ævo id fuisset proditum, sed gentiles quoque homines, qui non planè *διεφθαρμένοι* fuerunt, damnassent idem illud. Plutarchus satis aperte in eam sententiam pronunciavit in Agide: *ὁ θεμιτὸν, ἐδὲ νενομισμῶν, βασιλέως σώματι πὸς χεῖρας προσφέρειν.* Hoc prorsus consentaneum illi est, quod sanctus David pronunciavit: **מי חלש ידו במשיח יהוה ונקר**. Et quid aliud voluerunt sibi, qui Regem judicarunt *ἠυπεύθωτον* esse, *ἀκρίτον, ἀνόμιμον, ἀνόμιμον, ἀνόμιμον* & *ἐαυτὸν κτὶ νόμων*, solutum esse legibus, licere ei impunè, quod liber. Produximus supra in eam sententiam nonnulla: quibus multa alia possunt addi. Huc pertinent omnia ea, quibus Veteres ostenderunt, quam ipsi Reges colerent & venerarentur, utputa quod reges dixerunt *θεῖς, διοταρφεῖς, sanctos, divinos* imò Deos & numina: quòd illis sceptrum à Diis datum pronunciarunt: quòd per principem dixerunt se vivere, navigare, libertate atque fortunis frui. Diotogenis Pythagorici, eximia verba fuerunt in libro *περὶ βασιλείας*: *ὁ ὃ βασιλεὺς δεχθῆναι*

ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ἂν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀθρόαις  
 πρὸς παρεχρημάτις αἰ. Alterius Pythagorici, cui Ecphantæ nomen  
 est, verba itidem eximia servavit Stobæus: ἐν τῷ γὰρ ἀφύστατον μὴδὲ  
 ἀνθρωπῶ, θεϊότερον ἢ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ κοινῷ φύσει ἀλλοτριεῖται  
 τῷ κράτει. τὸ μὲν σῆμα τοῖς λοιπῶ, ὁμοίως, οἷα γὰρ γινώσκοντες  
 τοῖς αὐτοῖς ὕλοις. τὸ δὲ τεχνικῶς ἔργασμα μὲν λυσιτελεῖ ὅς ἐκχυτὸς  
 σεν αὐτῶν, ἀρχετύπων ἡρώμεται ἐαυτῶ. In terrâ optimam naturam  
 habet homo: inter ipsos autem homines & in communi naturâ Rex divi-  
 nior ceteris est, & optimâ re supereminet. Corpore quidem similis cate-  
 ris, utpote ex terrâ genitus, ex eadem materiâ. Ab artifice autem fabri-  
 catus optimo, qui affabre formavit ipsum, archetypo usus seipso. Pos-  
 sunt multo plurima congeri in eam sententiam. Nobis autem plura  
 congerere nunc non libet.

XVII. Ex his, quæ novissimè differuimus apparuit, quàm ve-  
 rum illud sit, quod initio dicebamus, legitimæ potestati sive juri faci-  
 endi aliquid junctum esse aliud quoddam potestatis ac juris genus, cui  
 itidem respondet in altero ad non resistendum obligatio. Tale jus est,  
 cum pater filium, aut Dominus servum durius tractat, quàm par est.  
 Habet pater, itemq; dominus summam potestatem familiam guber-  
 nandi, eiq; operas & mores præscribendi. Isti legitimæ potestati at-  
 que juri adhæret aliud quoddam potestatis ac juris genus, ut, nim. si  
 is, qui talem potestatem habet, stolidè, imprudenter & pravè quippi-  
 am agat, filius aut servus vî ei resistere non debeat. Quòd pertinet il-  
 lud, quod I. Pet. II, 18. legimus: οἱ οὐκέτι ὑποτασσόμενοι ἐν παντί  
 φόβῳ κυρίου δεσποταῖς, ὡς μόνον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἡλικίαισιν, ἀλλὰ  
 καὶ τοῖς σκολιαῖς. Non aliter illi, qui summam potestatem habet gu-  
 bernandæ civitatis, ab his, qui ei sunt subditi, resisti non debet; si ma-  
 xime multa pravè aut crudeliter agat, nec tam salutem civitatis pro-  
 moveat & procuret, quàm suæ libidini indulgeat. Solet verò talis,  
 qui alterum illud potestatis genus plurimum usurpat, certâ quadam  
 appellatione discerni ab eo, qui non usurpat. Sed antè recolamus ea  
 vocabula, quibus talis appellatur qui summam potestatem habet civi-  
 tatis gubernandæ. Latini igitur Regem appellarunt, quòd regat vel  
 regere debeat civitatem. Notum est, quanta potestate polluerint  
 antiquis

antiquissimi Romanorum Reges, Romulus, & qui hunc sunt secuti. Romulus non à populo Rex creatus fuit, cum populus jam ante esset, sed ipse sibi conciliavit summam potestatem, dum certis conditionibus peregrinos in civitatem suam recepit. Tacitus in tertio Annalium: *Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat.* Cum igitur notio *summæ potestatis in uno quodam homine residentis* vocabulo Rex prorsus propria esset, cumq; libertati & democratiæ populus assuetus jam esset: Regis appellationem idem abhorruit plane, ut ex multis locis T. Livii intelligi licet. Quod cum non ignoraret Augustus, quamvis rem haberet, summam puta potestatem, per legem Regiam sibi collatam, nomine tamen Regis abstinendum putavit. Maluit autem idem ille nomine *Principis* appellari. Tacitus lib. I. Annalium: *Augustus cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit.* Item: *Non regno tamen, neque dictaturâ* (ut Julii Cæsaris ætate) *sed Principis nomine constitutam* Rempubl. ab Augusto. Nimirum si istâ appellatione uteretur, credidit se invidiam rei citius posse evitare. *Princeps* eâ ætate *primum, præcipuum, primarium* significabat. Quæ notio post etiam non defuit apud Romanos. Apud Tacitum reperias: *Princeps juventutis, princeps legationis, princeps imperij dies, princeps locus.* Cum autem illi, qui summam potestatem obinebant, principes se dixissent, factum fuit, ut illa ipsa vox postea quoque significaret talem, qui summâ potestate est præditus, & nomini *Regis* prorsus *ἰσοδυναμίαν* esset. Sanè non aliter Tacitus usurpat, quoties de Augusto, Tiberio, ac cæteris Imperatoribus loquitur. De Muciano in quarto historiæ dixerat, hunc, cum urbem ingressus esset, cuncta simul ad se traxisse. Paucis interjectis de eodem subdit, *apparatu, incessu, excubiis vim principis eum complexum fuisse, nomen remisisse.* Ex quibus satis apparet, qualis notio adhærere tum cœperit nomini Principis. In tertio Ann. C. Cestius Senator fateatur, *Principes instar Deorum esse.* Sic & nomina inde deducta, *principalis, principatus*, notionem imperandi, summæq; potestatis obtinent. An aliâ notione credemus Tacitum dixisse in Agricola, *Nervam Cæsarem res olim dissociabiles miscuisse, principatum & libertatem.* In primo Annal. Livia inculcat Tiberio, *eam vim principatus esse, eam conditionem imperandi, ut non aliter ratio constet, quam*



si uni reddatur. De vocabulo principium item res nota est, cœpisse id imperium significare, cum illi, qui imperium & summam potestatem obtinebant, principes appellarentur. Tertullianus adv. Hermogenem cap. XIX: *Nam & in Græco principij vocabulum, quod est δεξι non tantum ordinativum, sed & potestativum capit principatum. Unde & ἄρχοντες dicuntur principes & magistratus. Ergo secundum hanc quoque significationem principium pro principatu & potestate sumetur.* Sic plane in Psalmo CX: *Tecum principium in die virtutis. Quod expressum est ad Græcam versionem: Μετὰ σὺν δεξιῇ.* In Hebræo autem est, עִמָּךְ בְּרִכְבֶּךָ. Nec aliter usus est Sulpitius Severus libro I. hist. sacræ in his: *majorem (Esavum) minori subdendum esse principio.* Veteres Glossæ apertissimè etiam: *δεξιῇ imperium, magistratus, magisterium, præsidatus, principium.*

XVIII. Porro & Imperatoris nomen transit ad hos, qui summam potestatem inter Romanos tenebant; cum antea quivis, qui jussu populi Romani, suis tamen auspiciis, rem militiæ feliciter gesserant, Imperatores dicti essent. Augustus, ut ipsa auspicia, ita & honorem rerum omnium à ducibus aut legatis gestarum, sibi soli vindicavit. Ipsum quoque Imperatoris nomen ad se traxit, idque cum paucis admodum, & ferè non nisi ex gente Augustà communicavit. Cum Germanicus contra Arminium feliciter pugnasset, miles in loco prælij Tiberium (non Germanicum) Imperatorem salutavit, ut Tacitus autor est in lib. II Annalium. Idem tamen Tiberius & aliis quibusdam id nominis concessit. Adscribam Taciti verba ex lib. III Annalium: *Tiberius pro confecto interpretatus (bellum, quod Blæsus cum Tacfarinatre gesserat) id quoque, Blæso tribuit, ut Imperator à legionibus salutaretur: prisco erga Duces honore, quibus bene gesta Republ. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur, erant & plures simul Imperatores, nec super cæterorum æqualitatem. Concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæso.* Id observari meretur, quod in Nummis & Inscriptionibus visitur, nomen Imperatoris, cum Principis est, præponi; cum Ducis, postponi, hoc modo: *Imp. Caesar Augustus &c.* contra, *Junius Blæsus Imp. M. Tullius Cicero Imp.* Nomen præponi, videtur inventum fuisse Julii Cæsaris. In hujus enim vitæ capite

capite LXXVI Svetonius scribit, inter cætera, quæ progravarint, ut abusus dominatione & jure cæsus existimatus fuerit Julius, & illud fuisse, quod prænomen Imperatoris sibi sumpsisset.

XIX. Expendamus etiam, quibus nominibus aliæ gentes appellarint talem, qui summam potestatem civitatis gubernandæ solus habet. Græcorum voces sunt βασιλεύς, τύραννος, μονάρχος ἢ μονάρχεις. Primum istorum à Græcis destinatum fuisse isti, quam dixi, rei significandæ, facillè intelligitur. Fuit etiam vox Τύραννος antiquissimis temporibus apta, ad significandum talem quendam, qui unus & solus potestatem summam habet gubernandæ civitatis. Liqvet id ex historicorum profanorum antiquissimo, hoc est, Herodoto. Hic enim τῶν βασιλέων sæpissime appellat τυραννῆς. Sanè & his, quos tyrannos appellat Herodotus, pravitas quædam & κερκήθεια adhæsit, quam Aristotelis ævo vocabulo τυραννίς expresserunt Græculi. Eam tamen κερκήθειαν Herodotus istâ voce exprimere minimè voluit. Optimè ex eo liqvet, quod ubi viri Persæ, qui Magum Smerdim interemerant, de ratione civitatis suæ gubernandæ consultant, imperium summum, ut in uno residet, τυραννίδα appellant. Otanem Herodotus inter alia loquentem hæc inducit in lib. III: Καὶ οἱ ἄνδρα τύραννον ἄφθονον εἶδη εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθὰ, Vir tyrannus, ut qui omnia bona obtinet, debebat sine livore esse &c. In his nim. ostendit, qualem esse oporteat eum, qui tyrannus est, hoc est, qui summam potestatem gubernandæ civitatis habet. Nam in his, quæ nullis interjectis præcedunt, manifestè de summâ potestate unius loquitur, eamq; μοναρχίαν appellat. Liqvet idem illud, quod diximus, satis apertè ex eo, quod Herodotus in lib. VI de Miltiade narrat, ipsum à Doloncis, alijsq; qui sponte cum ipso expeditionem susceperant, tyrannum fuisse constitutum. Καί μιν, inquit, οἱ ἐπαγόμενοι, τύραννον κατήσταντο. Ipsa phrasis, τύραννον κατήσταντο, facillè ostendit, vocem τύραννος significare talem, qualem diximus; non talem, qui vi imperium occupat, ut posterioribus seculis significare cœpit. Cornelius Nepos, ubi eadem narrat, ait, Miltiadem Chersonesi perpetuam obtinuisse dominationem, tyrannumq; fuisse appellatum, sed justum. Quod Corn. Nepotis ævo vox Tyrannus præcipuè

cipue significaret talem, qui vi imperium occupat, faciendum is putavit, ut cum narraret, Miltiadem tyrannum fuisse appellatum, voculam Δικαιοδυνω justus adderet. Ut ita appareat, ex mente Nepotis dum generum tyrannos esse. Subdit idem & hæc: *Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat.* Possunt ejus significationis, quam vocem Tyrannus primitus obtinuisse diximus, ex aliis quoque scriptoribus exempla peti.

XX. Vocabula Μόναρχος ἢ Μονάρχης talia sunt, ut ipsa compositionis ratio facile ostendat, significare ea talem quendam, qui solus imperat. Sed posset uni alicui potestas civitatis gubernandæ delegari eâ lege, ut eam revocare liceat, quandocumque consultum fuerit visum, & illi, qui eam obtinet, ratio ætium reddenda esset. Talis fuit is, quem apud Epidamnios & Opuntios κύριον τῆς δικήσεως fuisse Aristoteles prodidit in lib. III. de Rep. c. 16. Græci eâ voce talem significant, qui non modò solus δέχων sive potestatem gubernandæ civitatis habet, sed etiam δέχων ἀντιπέθετον. Herodotus in Thaliâ: Μοναρχίη, ἣ ἐστὶ ἀντιπέθετος ποίεσθαι, τὰ βέλεται. Nec aliter Aristoteles usurpat. Josephus tamen Judices, quos conitat delegatam modò potestatem habuisse in eâ Republ. cujus ipse Deus Rex fuit, quamque Josephus θεοκράτειαν non ineptè appellat, eos, inquam, Judices μονάρχης appellavit. In extremo undecimo libro Αρχαιολ. hæc habet: περὶ δὲ τῶν βασιλέων Ἰσταν ἄρχοντες αὐτῶν διαίπον, οἱ προσαιγοροδόμενοι κελταὶ ἢ μόναρχοι. Sic & libri decimi cap. octavo: ἐγένεθ' ἢ αὐτῶν ἀριστοκρατικὴ μὲν ἢ πρώτη πολιτεία, μὲν πάντως ἢ μοναρχία, βασιλέων ἢ Ἰερατῆ. Judices Hebræorum notum est nequaquam tales Reges & Monarchas fuisse, quales Græci vulgò intelligunt. Causas illi dijudicabant, & bella gerebant pro nutu divino peculiari; non pro suo arbitratu. Quod non esse ex more eorum, quos Græci μονάρχης appellant, & Hebræi, cum maximè propriè loqui volunt, מלכִי, facile & nobis intelligere licet, & Veteres item Hebræi intellexerunt. Cum Gideon וְשׁוֹטֵף Judex bene rem gessisset militiæ, voluerunt ei regnum amplius addicere, dixeruntque, מִשָּׁל בָּנוּ גַם אַתָּה גַם בְּנֵי בְנֵי כָנָן.

Gideon

Gideon verò conditionem accipere haud sustinuit, & respondit igitur: **לֹא אֲמָשׁוּל אֲנִי בְכֶם וְלֹא יִמְשׁוּל בְּנֵי בְכֶם יְהוָה** *Neque ego dominabor vobis, neque filius meus, sed Jehovah dominabitur vobis.* Vocantur tales, quales Gideon fuit, hoc est, iudices Hebræorum in sacris etiam **מְלָכִים** *reges*: ut in his, *illo tempore non erat Rex in Israël*, quæ reperiuntur in Judicum libri cap. XVII 6. XVIII, 1. XIX, 1. Nec tamen Hebræi intelligebant, dum iudices habebant, se **מְלָכִים** *Reges* habere, maximè propriè ita dictos. Quare cum pertæsum esset stolidam gentem ejus conditionis, quæ sub iudicibus usi fuerant, & contra libido incessisset Regem habendi, qualem habebant vicinæ gentes, petierunt à Samuele, ut sibi **מֶלֶךְ** *Rex* daretur. Verba ipsorum sunt in I. Sam. cap. VIII. v. 5. **שִׁימָה לָנוּ מֶלֶךְ לְשִׁפְטֵנוּ כְּכָל הַגּוֹיִם** *Constitue nobis Regem, ad judicandum nos* (qui iudicet nos) *qualem omnes gentes habent.* In capite XII ejusdem libri vera petendi Regis occasio expressa est, istis verbis, quibus Samuel exprobravit populo, quæ haud laudabiliter gesta fuerant: *Et vidistis quòd Nachas Rex filiorum Ammon contra vos veniret, & dixistis mihi: Non, (istà regiminis formâ amplius utemur, quâ hæctenus fuimus usi) עֲרִינוּ כִּי מֶלֶךְ יִמְרָךְ* *sed Rex dominabitur nobis.* Cupiebant igitur Hebræi, consicui sibi **מֶלֶךְ** *Regem*, & talem quidem, qualem aliæ gentes habebant. Habuerant antea iudices, quos itidem **מְלָכִים** dictos alicubi esse ostendimus. Sed tales non placebant amplius. Contra verò desiderabant talem, qualem aliæ gentes habebant, hoc est, qui paulo etiam magnificentius se tractaret: quem admodum nim. vicinarum gentium Reges faciebant, & inter hos Nachas, Rex Ammonitarum, quibello ipsos appetebat. Et talem, ut dixi, **מֶלֶךְ** appellarunt.

**XXI.** Alii Orientales populi talem, qui summam potestatem gubernandæ civitatis haber, vel talibus nominibus appellarunt, quæ jam dictæ Hebrææ voci affinia sunt, vel etiam aliis. Chaldæi **מֶלֶךְ** itemq; **מְלָכִים** appellant. Syrii talem **מֶלֶךְ** & **מְלָכִים**. Arabes autem **مَلِك**. Habent verò & alia quædam, quibus talem, qualem diximus, appellant, nimirum **امير سلطان**. Sed quænam

D

vocabu-

vocabulorum istorum etyma sint, consideremus etiam. Hebræa vox sine dubio מלך est, quod *regnare, dominari*, significat. Et מלך igitur Hebræis ita dici videtur, quod regnet, dominetur, imperet, præscribat. In Chaldæâ autem & Syriacâ Lingvâ מלך significat *consulere*. Unde quidam putant, Syriacum vocabulum maximè propriè significare *consulem*. Coniiciunt item, Hebrææ quoque vocis maximè proprium significatum planè eundem esse. Vide Ludovicum de Dieu ad cap. II Matthæi in eam sententiam differentem. Nos verò nescimus, an satis illud sit liquidum. Quid est, cur putare debemus, Regem Hebræis מלך dici, quod *consulat* civitati? Parum sanè constat, radicem מלך Hebræis quoque significare *consulere*. Notio verò *regnandi, imperandi* prorsus illi propria est. Quòd singulæ ferè urbes Palæstinæ in libro Josuæ leguntur suos habuisse מלכים, id minime debet eò valere, ut putemus eos tali nomine dictos fuisse, quòd *consulerent* sive consilia darent. Si enim maximè statuere non velimus, illos fuisse propriè dictos Reges, tamen מלכים verisimilius est eos dictos fuisse, quòd imperarent, quàm quòd consilia darent, sive quòd Consiliarii essent Reipublicæ. Nam ne sic quidem imperium, (non summum quidem, sed tale tamen, quod sub summo,) ipsis defuisset. Etiam Dux belli, quem & Imperatorem appellant Latini, imperium habet in militem. Si igitur isti מלכים Duces modò fuissent, ut apud Spartanos Reges *σπάρτανος* erant: propter imperium illud, quod tales habent, multò verisimilius est ipsis id nomen tribatū fuisse, quàm propter consilia. An v. Syri מלך & מלך dixerint, quòd daret מלך *consiliam*; & voces istas propriè significare *consulem, consiliarium*, id itidem non satis liquet. Ipsi quoque Syri non abstinent notione *regnandi, imperandi* ad sonum מלך quod in Conjug. Aphel formant à מלך. Non autem mirum adeò est, מלך Syris & Chaldæis significare *consulere*. Hæc n. significatio vocis alteri illi, de quâ prædiximus, cognata aliquo modo est. Porro מלך est ab מלך *præcepit, iussit, regnavit*. Quæ significationes cognatæ sunt antitissimæ Hebrææ vocis מלך significationi. Ipsa verò Hebræa vox quandoque etiam significat *jubere, præcipere*. Altera Arabica vox habet etiam cognatas in aliis Orientalibus lingvis. Ipsi

Hebræis

Hebræis שׁלשׁ dominari significat. Chaldæi verò dominatorem שׁלשׁ & שׁלשׁוּ appellunt. Persæ talem, qualem indigitamus שׁלשׁ Schah, ut & שׁלשׁוּ Padschah appellant. Quæ vox & olim multùm frequentata fuit, & hodieq; non minùs frequentatur apud Persas. Agathias in libro I V de Wararane Saporis filio scribit, dictum eum fuisse, Κερασια. Κερασια addit fuisse ἔθνος ἢ χώρας Περσικῆς, gentis aut regionis fuisse appellationem. Quid autem Σαα significet, docet idem Agathias, cum nomen Σεργῶν σαα explicat. Scribit enim, δυνάστω Ἰζτο ἢ Ἑλλῶων Φωνῆ, Σεργῶων βασιλεύς. Ex quo apparet, Σαα tum temporis, cum Wararanes vixit, hoc est, in seculo tertio post Christum natum, significasse βασιλέα, Regem. Benjaminis Tudelensis ætate, cum Mohammedani jam pourentur rerum in Persiâ, vox Schah itidem obtinuit. Narrat enim Benjamin, de magno Persarum Rege, cui XLV regna paruerint, quique Senigar Schah dictus fuerit. Nostro verò tempore, multùm eam frequentari, res itidem certa est. Propriis Regum nominibus se vel præponi, vel postponi solet. Tartari talem, qualem diximus, Ḫā Chā appellant. Æthiopes & Abissini שׁלשׁוּ appellunt: itemq; שׁלשׁוּ. Quam posteriorem vocem quidam purant ab Hebræo שׁלשׁ oriundam esse: alii ab Æthiopico שׁלשׁ quod colere significat.

XXII. Recensuimus vocabula quædam, quibus diximus significari talem, qui unus & solus summam potestatem habet civitatis gubernandæ, hoc est, cui uni & soli competit & jure licet præscribere, quæ ad salutem Reipubl. pertinent. Talis notio vocum capiendâ præcipuè est ex phrasibus, Regem statuere, constituere, βασιλέα ἰστένας, καὶ ἰστένας ποιῆν, כּוֹנֵן מֶלֶךְ / מֶלֶךְ מִן מַלְכֵי הָאָרֶץ. Si populus dicatur sibi Regem constituere, phrasi istâ utiq; id significatur, populum potestatem se gubernandi transfundere in unum quendam, cui igitur postea competat & jure liceat præscribere, quæ ad salutem Reipubl. pertinere judicet. Non tamen negabimus, frequentem earundem vocum esse & aliam quandam notionem: nim. ut significant talem, qui unus & solus summam rerum habet, & reapse pro arbitrio præscribit, quæ in Rep. agi debeant aut omitti: sive jam jure id illi competit, sive minùs; sive rectè gubernet civitatem, sive minùs rectè, ac pessimè.

In Hebræis quidem codicibus pessimi Reges Jeroboamus, Achabus, aliiq; מלכים appellatur. Simri, qui septem modo diebus vim obtinuit, per quam alios sibi habuit obnoxios, I Reg. XVI מלך appellatur. Obtruncaverat is, ut ex eodem loco scimus, Baësam. Smerdis Magus, qui nullum regnandi jus habuit, sed per dolum imperium tenuit septem mensibus, Esræ IV פרס מלך appellatur, uti id alibi demonstravimus. Idem etiam in Danielis cap. XI מלך appellatur in his verbis, הנה ער שלשה מלכים עומדים לפרס והרביעי יעשיר עשר גוֹרֹר. *Ecce adhuc* (post excessum ejus Regis, quo imperante hæc loquor, Cyri nimirum) *stabunt tres Reges* (Cambyfes, Smerdis & Darius Hystaspis) & *quartus* (Xerxes) *durabitur opibus magnis.* Sed de talibus, qui jus regnandi non habent, & tamen regnant; deinde, qui jus quidem habent, sed non observant ד' ד'עון, quod juri illi adhæret, dicendum nobis amplius est, & quibus nominibus seorsim appellati fuerint à Græcis, monendum. Postea de his quoque monebimus, quæ summæ, quam supra descripsimus, potestati affinia sunt; quodque illi, quæ ea habent, & ipsi appellantur istis nominibus, quibus appellari diximus hos, qui uni & soli summam potestatem habent.

**XXIII.** Aristoteles in tertio Politicorum c. VIII summam divisionem ponit politiarum, dicitq; necesse esse κύριον ἑναὶ ἢ ἑσσι, ἢ ὀλίγοις, ἢ ἴσος πολλοῖς, summum imperium in civitate eractare vel unum, vel paucos, vel multos, (ד' ὡληθ'⊙, multitudinem, plebem.) Iste omnino intellectus est verborum Aristotelis, quem Latinis verbis nos expressimus. Alios, qui vertunt, *necesse est potestatem civitatis vel penes unum esse, vel penes paucos, vel penes multos*, ad mentem Philosophi putamus minus accurate attendere. Mox subdit idem Philosophus, in singulis istorum respici, vel πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ad communem utilitatem, vel πρὸς τὸ ἴδιον, ad propriam. Porro autem addit: Καλεῖν τὴν εἰσπραμίαν τῆ μὴ μοναρχίᾳ τῶν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον, βασιλείαν, *Vocare consuevimus, cum unus ad utilitatem communem respiciens gubernat, βασιλείαν.* Itemq; hæc: ἢ μὴν τυραννίς, ἐστὶ μοναρχία, πρὸς τὸ συμφέρον, τὸ τῆ μοναρχίᾳ⊙, *Tyrannis est summum imperium unius, ad utilitatem ipsius summum*

*summum imperium habentis respiciens.* Quibus utique id videtur  
 velle Philosophus, *τὸ πρῶτον* suos Græcos vocare, si ad utilitatem ipsi-  
 us illius, qui summum imperium habet, respiciatur. Talem quendam,  
 qui unus & solus summam potestatem sive jus habet civitatis gu-  
 bernandæ, supra ostendimus *Βασιλῆα* Græcis dici: itemq; *πρωτοκτο*  
 & *μὲν αρχων*. Qui verò jus habet, illum etiam *δὲς* oportet jure isto  
 rectè uti, hoc est, civitatem, quoad ejus fieri potest, rectè gubernare.  
 Quamdiu jus & potestas manet, manet quoque *τὸ δέον*. Si verò po-  
 testatem abdicet quispiam, tum etiam *τὸ δέον* desinit, ut icidem dixi-  
 mus supra. Porro rectissime gubernabitur respublica, si ad utilita-  
 tem communem respiciatur, hoc est, ut, quoad ejus fieri potest,  
*τὸ ἕκαστον* commoda vita singulorum procuretur. Hoc verò non  
 semper fit ab his, qui summam potestatem sive jus habent. Non ra-  
 rō contingit, ut talis multa pro libidine suâ, non certo, bonoq; consi-  
 lio agat: sæpe tributa imperantur, cum his ad tuendam & gubernan-  
 dam civitatem nihil est opus: fit etiam ut innocentes, & qui nemi-  
 nem civium injuriis appetierunt, è vitâ, atque adeo è civitate elimi-  
 nentur, aut durius, quam par erat, tractentur.

XXIV. Si igitur is, qui summam potestatem & jus civita-  
 tis gubernandæ habet, ex eâ potestate non ita agat, ut par est, nec  
 observet *τὸ δέον*, quod ipsi potestati adnexum esse diximus; deinde  
 etiam aliud genus potestatis sive juris usurpet, id est, omissioni  
*τὸ δέον* adjungat commissionem *τὸ μὲν δέον*, tributa im-  
 peret consilio non recto, sed pro lubitu, è vitâ insontes quosdam eli-  
 minet, aut alia pravè agat, si, inquam, talem se tractet princeps, an  
 uno eodemq; nomine est appellandus? Aristoteles prodidit, suos  
 Græcos confvevisse eos, qui ad commune civitatis commodum respi-  
 ciunt, appellare *Βασιλῆας*: si verò secus agerent, appellasse *πρω-  
 κτο*. Id verò parum congruit illi, quod supra dicebamus, Græ-  
 cis *Βασιλεὺς* & *πρωκτο* vocabula idem significantia esse. Nimi-  
 rum ex Herodoto antiquissimo historico ostendimus, vocem *πρω-  
 κτο* significare talem, qui solus summam potestatem habet civitatis  
 gubernandæ; vel certè talem, qui summâ autoritate & potentiâ gu-  
 bernat. Quam significationem non prorsus abolitam fuisse aliquot



post seculis, ex aliis intelligi licet. Virgilius suo adhuc ævo ita usurpavit vocem in his: *Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni*. Observandum est, Aristotelem aliquanto intervallo vixisse post Herodotum. Potuit igitur alia vocabuli notio esse tempore Aristotelis, quam fuerat Herodoti ætate. Occasio autem ejus, quod vox τυραννῶν adhiberi cœpit ad exprimendum talem, qui vi occupavit imperium, & talem, qui imperium crudelius tractat, videtur hæc fuisse, quod Pisistratus Athenis τυραννίδα, hoc est, imperium vi occupaverat. Sic & aliis vocibus observamus notionem cœpisse adherere, quæ antea non ad hæserat: propterea, quod illi, qui vocibus istis appellarentur, haud laudabiliter se tractarent. Vide super his Varonem lib. V de L. L. Porro Pisistrati ætas incidit in Cyri tempora. Et tum igitur vocabuli notio migrari cœperit. Præcipuè verò Athenis, ubi imperium invasit Pisistratus. Herodotus antiquissimum vocis significatum adhuc tenuit in suis scripturis. Scripsit autem is aliquanto intervallo post Cyri tempora, utpote qui temporibus Xerxis & Artaxerxis vixit. Præterea scripsit Jonicâ dialecto, in quâ voci τυραννῶν altera illa notio nondum tum adherere cœperat. Aristoteles suo ævo pronunciavit tandem planissimè, Græculos suos, Athenienses utique, apud quos degebat, εὐθηναι καλεῖν τῆ μοναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον ἀποβλέπασαι, τυραννίδα.

XXV. Tyrannorum Aristoteles in quarto πολιτικῶν c. X recenset plurâ genera: quæ & nobis consideranda hic fuerint. Primum genus vocat, si is, qui summam potestatem & jus habet civitatis gubernandæ, eâ non rectè utatur; non civitatis salutem præcipuè procuret, sed suæ libidini multùm indulgeat. Et tales dicit apud Barbaros solere esse. Relegat verò lectorem Philosophus in dicto libro quarto ad præcedentem tertiam. In hujus igitur cap. XIV ita scripsit: *Est & alia in super monarchie species, quæ alia sunt apud quosdam barbaros regna. Ἐχουσι δ' αὐτῶν τὴν δυνάμιν πᾶσαι παραπλησίαν τυραννικῆν. εἰσι δ' ὁμοῦς καὶ νόμον καὶ πατρικῆν. Habent autem hæc regna vim proximam tyrannidi. Sunt tamen legitima & hereditaria. Si καὶ νόμον & πατρικῆν fuerunt ista barbarorum regna, utique habus.*

habuerunt summam potestatem & jus gubernandæ civitatis. Sed non egerunt Reges ex ista potestate, ut par erat; non observarunt τὸ δέον, quod tali potestati adhærere supra diximus: sæpe non certo & bono consilio bella gesserunt: sæpe insontes cives è vitâ eliminant, ut libidini suæ indulgerent. Talia igitur si fiant, Aristoteles id vocat *πυρέκθεσιν τὸ πολιτείας, τυραννίδα, δεσποτικὴν ἀρχήν*. Nostri homines appellare solent *tyrannidem in exercitio*. Qui populi tale imperium æquis animis ferant, prodidit idem Philosophus. Διὰ τὸ δαλικώτερον εἶναι τῆς φύσεως βάρβαροι τῆς Ἑλλάδος, οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν, τῆς περὶ τὴν Εὐρώπην, ἀπομάρτυροι τὴν δεσποτικὴν ἀρχήν, ἔδειξον δυσχεραίνοντες. Dicit Barbaros & Asiaticos haud iniquis animis ferre istiusmodi despoticum imperium. Neque aliter judicarunt plurimi alii Scriptores, Æschylus puta, Euripides, Livius, Salustius, Tacitus, Philostratus: quorum omnium, & plurium etiam aliorum iudicia collegit Vir summus, Hugo Grotius lib. I. de jure p. & b. cap. tertio.

XXVI. *Alterna species tyrannidis ex mente Aristotelis illa est, quam apud Veteres Græcos habuerunt, qui Αἰσχυρήται fuerunt dicti. Eam à superiore eo discriminat, quod non fuit πάτερ, ἢ πατρικῆς hereditaria. Quare & αἰρετὴν τυραννίδα vocat. Instituta autem fuit istiusmodi potestas, cum civitas quædam ἀχολοῦ ἢ βαρυσάμων fuit, cum laboravit, cum leges perruptæ fuerunt. Porro addit Philosophus, talem potestatem, si alicui commissæ fuerit, durare vel Διὰ βίην, quoad viveret quis, vel μέχρι τῶν ἰνῶν ὠρεσμάτων κρείων, ἢ πράξεων, usque ad certa ac definita quædam tempora & actiones. Prorsus istiusmodi potestas fuit illa, quam Dictatores Romani acceperunt in suâ civitate, cum hæc discordiis laboravit, & quidem per semestre modò exercendam. De Æsymnetarum, atque adeò de Dictatorum Rom. potestate, itemque de potestate Regum Asiaticorum addit etiam Philosophus, quid in eâ sit βασιλικόν; quid item τυραννικόν. ἦσαν δὲ, inquit, Διὰ μὲν τὸ εἶναι νόμον βασιλικῆς, ἢ Διὰ τὸ μοναρχεῖν ἐκείνων τυραννικῆς δὲ Διὰ τὸ δεσποτικῶς ἀρχεῖν ἢ εἶναι τὴν αὐτῶν γνάμην. Erant regia, eò quod legitime erant, & in volentes.*

lentes. Tyrannice autem, quod, qui eas haberent, ut Domini in servos dominarentur, & pro arbitratu suo. Quid vero, si Æsymneta aliquis aut Dictator singulari quâdam innocentia sit, & potestate sibi commissâ quam rectissime utatur? An tum quoque tyrannus vocabitur? Minime verò. Aristoteles, cum Æsymnetarum potestatem vocavit *αἰρετικὴ τυραννίδα*, respexit ad id, quod ut plurimum fieri verosimile est, quod nim. qui absolutam potestatem accepissent, rarissime illâ castè recteq; uterentur.

XXVII. Tertia species tyrannidis, quæ & maximè propriè Aristoteli videtur id nomen obtinere, ex ejusdem mente est, si quis *ἰσὺς ἴσους ἔχει τὴν ἰστέραν, καὶ βελτιόνων πόντων, πρὸς τὸ ἕαντο ὑπερέειν*, dominetur aequalibus & melioribus, ita ut à nemine se patiatur in ordinem redigi, & quidem ad suam ipsius utilitatem. Tyrannum, ut brevè dicam, talem dici vult Philosophus, qui non habet potestatem, hoc est, jus gubernandæ civitatis, sed per potestatem, hoc est, vim civitatem invitam sibi obnoxiam habet. In lib. III Polit. c. XIV ubi de variis regni modis agit, inter alia hæc habet Philosophus: *Reges à civibus custodiuntur: tyranni verò ab externis mercede conductis: & reges secundum legem & volentibus; tyranni verò invitis dominantur.* Et sane ista vocis Tyrannus notio apud Græcos Latinosq; Scriptores valde est frequentata. Nostri homines solent *tyrannum* titulo appellare; itemq; *invasorem, usurpatorem.* Sed, quoniam in tyranno simile quippiam est illi, quod in eo est, qui summam potestatem civitatis gubernandæ solus habet, ipsum imperium puta, cui alii subjacent: fit, ut talis quoque appelletur isto nomine, quo appellari solet is, qui summam potestatem habet. Supra jam ostendimus, Simri & Smerdim, genuinos tyrannos, in sacris literis appellari מלך, quo nomine Hebræis appellantur hi, qui summam potestatem & jus habent. Facile a. tyranni in Regem fit conversio; si modò plenus consensus populi, aut ejus, qui antea imperium tenuerat, accedat. Sic ex Augusto Cæsare tyranno postea legitimus Rex factus est, cum lege Regiâ, quæ de imperio principis lata fuit, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem contulit. Videl. l. D. de constit. princ. Cum item, ut Svetonius autor est, *Patris patrie cognomen ab universis repentino maximoq; consensu ipsi fuit delatum.*

XXVIII.

XXVIII. Ex his, quæ hæcenus differuimus, apparet, eos, qui uni & soli præscribunt, quid in civitate fieri aut omitti debeat, multorum generum habere potestates. *Quidam potestatem* modò habent, quæ vis est, & cui resisti propter imbecillitatem aliorum non potest: exempli causâ, cum Pisistratus obnoxiam sibi habuit civitatem Atheniensem. *Alij* cum initio per vim imperium occupaverunt, post alterius generis *potestatem* sibi acquirunt; si nim. consensum ab invitis expresserint, & populum adegerint quoque, ut sacramentum fidelitatis ab eo sibi sit præstitum, & in sua verba juratum: aut si princeps aliquis summam potestatem antea habuit, hunc adigant, ut profiteatur, se jus suum non usurpaturum, nec, ut usurpare possit, quicquam moliturum. Ita principi, qui id, quod dicebam, professus est, non integrum est, jus suum denuo usurpare, aut, ut usurpare possit, quicquam moliri. Is tamen, qui adegit, nondum bonâ conscientia tractare potest imperium, & jure naturæ obligatus est ad imperium reddendum. Sic quoque, si prædoni aut latroni juratum sit de certâ pecuniæ summâ ipsi solvendâ, aut non repetendâ, oportet equidem pecuniam bonâ fide ipsi solvere, & non repetere. Ipse tamen prædo aut latro nondum bonæ fidei est possessor, hoc est, nondum putare potest, se suo jure & ex justis causis rem possidere, & uti frui eâ posse. Utrumque istorum ex jure naturæ & sacris scripturis liquere potest, eum, inquam, qui adegit alterum, ut professus sit, se non repetiturum, bonæ fidei possessorem non esse, & obligatum esse ad reddendum: & deinde eum, qui professus est, obligatum esse ad non repetendum vi. Qui adegit, is sanè justo titulo rem non tenet. Debet igitur vero Domino rem restituere, secundum generalem naturæ legem, sicut cuique esse tribuendum, reddendum, relinquendum. Præcepta sacrarum scripturarum in eam sententiam sunt quamplurima. Vide modò Exod. XXII. Esa. LVIII, 6. Ezech. XX XIII, 15. Alterum verò, qui adactus est ad profitendum, se vi non repetiturum, quod ipsius fuerat, obligatum esse ad non repetendum, id itidem facile liquere potest. Generale pronunciatum naturæ est, promissa ac juramenta, quæ non sunt de rebus turpibus, hoc est, talibus, quas ipsa lex naturæ vetuit, esse servanda. Nunc porro cogitandum est, an res turpis sit, tum,

E

cum

cum vi adigeris, ut promittas aut jures, te dominium alicujus rei non repetiturum, promittere te, aut jurare. Turpe id esse, hoc est, à lege naturæ vetitum, non videtur. Si enim esset, obligati utriqve forent omnes ad tormenta sustinenda ac profundendam vitam pro dominio rei retinendo. Hoc autem absurdum esse, cuius licet intelligi.

*XXIX. Alij porro potestatem habent præscribendi in civitate, ita ut ipsi eò minime peccent; si quidem rectè præscribant: gratiâ exempli, si alicui summa potestas fuerit collata, aut alio bono titulo eam sibi quis acquisiverit. Paulo antè quoque diximus, ex tyranno posse fieri legitimum Principem, qui bonâ conscientiâ tractare possit imperium; si nim. is, qui per vim imperium obtinet initio, postea tam benignum se præbeat populo, ut hic præsentem statum pristino rursus permutari minime cupiat: quemadmodum civitates, quæ sub Eumene fuerunt, nullius liberæ civitatis conditione suam permutari cupiverunt. Sanè Augustus, cum Patris patrie cognomen (verba sunt Svetonii) ab universis repentino, maximoq; consensu deferri sibi intellexit, non malè postea egit, cum imperium retinuit. Fieri item potest, ut qui invasor initio fuerat, postea bonâ gratiâ imperium teneat ejus Principis, qui antea tenuerat, & potestatem dono acceperit. Sed hi, qui legitimam potestatem habent gubernandi civitatem, & præscribendi, quid in eâ agi aut omitti debeat, non semper rectè ex eâ potestate agunt: sæpe parum pensi habent, quid ei potestati sit consentaneum: nec modo τὸ δέον omittunt, sed committunt quoque τὸ μὴ δέον. His quia resistere non licet, aut in eos animadvertere, si pravè egerint, dicuntur iccirco & ipsi potestatem & jus habere. Atque ita Viri docti intelligunt מִלְכֻת דְּבִשְׁבָן, de quo est in I Sam. VIII capite. Apparet, ni fallor, vocabulum potestas valde esse πολιτεία, cum de rebus politicis loquimur. Quod cum non satis animadvertant, qui vulgò de summâ potestate scribunt, sæpe ea miscent, quæ non parum sunt diversa. Nobis sufficiat, brevi illud, sed distinctè exposuisse. Impurissimus homo, qui nuper defensionem populi Anglicani scripsit, quòd πολιτεία vocis jus non observaret, omnia miscuit. In defensione Regis Angliæ, & quidem in*  
cap.

cap. II scriptum fuerat: *Rex, cui quod libet, licet, si quod libet, etiam faciat, quia licet, suo jure utitur.* Nimirum  $\tau^{\text{d}}$  *licere alicui facere, quo ipse quidem peccet, ita tamen, ut is puniri, aut resisti ei non debeat, Vir incomparabilis jus vocarat.* Ita & nos meminimus fecisse in hisce nostris: praterea autem & potestatem id vocasse. Regerit igitur impurus & *αυκαδελω Πρωθυμ* in cap. II. *Si quicquid regi libet, id jure regio licitum erit, nemo profecto est aut unquam fuit, qui tyrannus dici debeat.* Cum enim divina omnia atque humana jura violavit, nihilo tamen minus Rex jure regio insens erit. *Quid enim peccavit homo æquissimus? jure suo usus est &c.* Voluit impurus iste Virum admirandum ad absurdum redigere. Sus Minervam! Ut multa chartis illineret, nec quod diceret, deesset prorsus, vocem *jus* aliter capit, quam Vir incomparabilis. Intellexerat hic illud, quod dixi. Imò disertè addiderat: *Aliquod jus etiam minus æquum, & injuria propius.* Impurus ille in his quæ regessit, *jus* vocat  $\tau^{\text{d}}$  *licere alicui aliquid agere, quo ipse minimè peccet.* Cum illo sensu usus esset voce illà, multa potuit chartis illinere. *Quid peccavit, inquit, homo æquissimus? jure suo usus est.* Debuisse id observare, quod nos saepe monuimus, &  $\tau^{\text{d}}$  *licere alicui facere, quo ipse non peccet, ut nec resistere ei debeat alter, &  $\tau^{\text{d}}$  licere alicui facere, quo ipse peccet quidem, nec tamen resisti illi debeat, utrumque, inquam, istorum jus solere appellari. Quod si observere impurus iste, intelliget, credo, posse aliquem jure suo uti, ut ipse tamen peccet, neque homo sit æquissimus. Nihilo meliora sunt, sed æque insipida, pleraque omnia, quibus facerrimi libri autor omnes paginas opplet.*

XXX. Consideremus porro illa, quæ summæ potestati, quam hæctenus descripsimus, & contra imperitos, aut nebulones asseruimus, aliquo modo affinia sunt, & quæ secum trahunt consimilem splendorem ac majestatem, & nomen quoque idem. Bene Aristoteles in tertio Politicorum c. XIV.  $\tau^{\text{d}}$  *δεχης ο Ιεπ* ἐστὶν ἐκ εἰς πτωσῶν (Βασιλειῶν.) Mox deinde subdit de Spartanorum Regibus, dicitque eorum *βασιλείαν δοκεῖν μάλιστα εἶναι τῷ καὶ τὸν νόμον, καὶ σὺν εἶναι κυρία πάντων*, omnium maximè videri esse secundum legem, hoc est, ex præscripto, & non habere potestatem omnium.

gno iudicat item in prædicti libri cap. XVI, non facere illud certam  
politiarum speciem: quandoquidem ἐν πάσαις ἑταίρειαις ἐνδέχεται  
στρατηγίας αἰδίων, in omnibus politiis fieri possit, ut unus aliquis sit  
Dux belli, quotiescunque Respubl. bellum gerit. Cum Aristoteles di-  
cit, Regem Spartanorum fuisse καὶ νόμον, id paulo aliter est intelli-  
gendum, quam quod supra diximus ejusdem verbis, inter barbaros  
solere esse regna, quæ vim habeant vicinam tyrannidi, & tamen sint  
καὶ νόμον. Illic enim καὶ νόμον significabat legitimum, quod alicui  
competit: hic autem significat ex præscripto. Rex Spartanorum  
non fuit κύριος πάντων, non licuit ipsi bellum gerere suis auspiciis,  
suoq; arbitrato; nec jus dicere, aut dicendum curare, ut ipsi visum  
fuit. Quin imò ipse coram Ephoris causam dicere necesse habuit, &  
ab illis vel absolutus, vel condemnatus fuit. Quæ verò potestas ejus  
peculiaris erat, ea in hoc ferè consistebat, quòd cum extra Spartanor-  
um territorium progressus esset, imperium haberet eorum, quæ ad  
bellum pertinebant: itemq; quòd curaret ea, quæ pertinebant ad res  
divinas. Atque eam potestatem Aristoteles appellat στρατηγίαν ἡνὲ  
αὐτοκρατορίαν αἰδίων. Is verò, qui eam potestatem obtinebat, Spar-  
tanis βασιλεὺς appellabatur: eo nomine, quo etiam appellatur talis,  
qui κύριος πάντων est & summam potestatem civitatis gubernandæ  
solus habet. Perquam similis istis Spartanorum Regibus est ille qui  
apud fœderatos Belgas στρατηγίαν, imperium in bello habere solet.  
Neque tamen iste Rex appellatur. Apud Hebræos verò haud absi-  
milis fuit, quem מלך iudicem appellant sacri Scriptores: quem &  
מלך regem alicubi dictum supra ostendimus. Nimirum isti iudi-  
ces causas iudicabant, & bellum gerebant; non tamen suo arbitrato,  
sed nutu ipsius Dei peculiari: qui & propterea Hebræorum מלך  
Rex haberi voluit. Vide in hanc sententiam I Reg. VIII, 7. &  
cap. XII, 12. itemq; Jud. VIII, 23. Quemadmodum Rex Sparta-  
norum Δαξίσις quoad vivebat, στρατηγίαν habebat: ita & iudices  
Hebræorum. Sed non fuit hereditaria iudicum στρατηγία, quem-  
admodum Regum Lacedæmoniorum. Deinde nec iudicum  
στρατηγία in democratiâ fuit, quemadmodum dictorum Regum.  
Sed hoc ultimum leve est. Animadvertit Aristoteles στρατηγίαν  
αἰδίων

ἄδιν ἐν πίοις ἐνδέχεται ὑπάρχειν πολιτείας. Vide lib. III de  
Republ. c. 15. & 16.

XXXI. Porro summæ potestati simile illud est, si unus sit  
κύριος ἢ διοικήσεως, hoc est, si uni committatur administratio to-  
tius civitatis: ita tamen, ut non sit ἀνυπεύθυνος, & ut in ordinem  
possit cogi. Observavit id Aristoteles in lib. III Polit. c. 16. ubi ejus  
verba hæc sunt: πολλοὶ πιστοὶ ἓνα κύριον διοικήσεως, βιάυτη γὰρ  
ἀρχὴ τίς ἐστι καὶ πειθιστικὸν καὶ πειστικόν. Dicit Epidamnios &  
Opuntios solitos fuisse eligere unum, qui Rempubl. administraret.  
Talis igitur potestatem habuit civitatis gubernandæ, sed de-  
legatam modò & ὑπεύθυνον. Sic olim Vandalorum, Gothorum,  
Herulorum, Longobardorum regna ὑπεύθυνα & revocabilia fu-  
erūt, ut ex Ammiano, Procopio, Aimoino, Paulo Warnefrido constat.  
Germanorum Regibus Tacitus autor est infinitam aut liberam pote-  
statem non fuisse: & reges magis autoritate svadendi, quam jubendi  
potestate fuisse auditos. Vide librum de moribus Germanorum.  
Tempestivum est, Venetorum quoque Ducis, qui hodie est, condi-  
onem hic recolere. Is quam vis summam potestatem solus non ha-  
beat, tamen honorem & speciem regiam habet. Vestitus ejus regi-  
us est, purpureus nimirum, aut aureus. Deinde sedem in suggestu,  
veluti regiam habet. Omnes etiam cives, sive privati, sive magi-  
stratum gerentes derecto capite ac stantes sedentem Principem allo-  
quuntur. Ipse Princeps nulli assurgit. Publicæ literæ omnes sub  
nomine ipsius prodeunt, & obsignantur. Qui ad Senatum Vene-  
tum scribere voluerit, ad Principem literas destinat. Decretorum  
legum, & Senatus Consultorum promulgationes nomine Principis  
fiunt. Nummi omnes cum nomine & imagine principis excudun-  
tur. Quæ omnia recenset Caspar Contareus in de Venetorum Re-  
publ. libro secundo. Posset igitur iste Dux eodem jure Rex appella-  
ri, quo apud Veteres eo nomine quidam appellati fuerunt.

XXXII. Pertinent huc etiam fiduciarii Reges, quales inter  
alios Orientales, & Romani destinare solebant. Sannacharibus, ma-  
gnus Assyriæ Rex, ut apud Esaiam cap. X est, solitus fuit loqui aut co-  
gitare in hanc sententiam: הֲלֵנָּה שָׂרֵי יְהוּדָה מַלְכֵי Annon

E 3

principes



*principes mei simul Reges sunt?* Nimirum habuit iste Rex alios sibi obnoxios, quos itidem מלכים appellavit, quique ejus permisso & autoritate provincias gubernabant. Palæstinæ Reges sæpe coactos fuisset, ut se aliorum Regum עבדים servos profiterentur, ex libris Regum satis est notum. Cum Josias decessisset, Rex Ægypti destinavit Jojakimum Palæstinæ Regem: qui igitur omnia autoritate & permisso Ægyptii Regis agebat. Non multo post, Jojakimum in sua verba jurare jussit Nabuchodonosorus, Rex Babylonis: in cujus fide Jojakimus tum debuit manere. Cum verò rebellasset, & eò defuncto, successisset ejus filius Jojachinus: Nabuchodonosorus Hierosolyma movit cum exercitu, & Jojachinum, ut se dederet, coegit. Cum Jojachinus se deditisset, non amplius passus est Nabuchodonosorus, eum in Palæstinâ regnare, sed amoto eo, patruum ejus Zedekiam Regem destinavit. Zedekias porro, cum aliquot annis in fide mansisset, post eum conditionis suæ cœpit pœnitere, & contra Babylonis Regem rebellavit. Insignia verba de eo, quod Zedekias in fide manere debuisset, leguntur in Ezechielis cap. XVII. v. 14. *Accipit (Nabuchodonosorus) de semine regio & percussit cum eo fœdus & accepit ab eo juramentum, & optimates terræ abstulit לחיות ממלכותיו שפרו* ut esset regnum humile, neque efferretur, ut servaret fœdus ejus atque ratum illud haberet. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in loco Regis, qui constituit eum Regem, cujus fecit irritum juramentum & solvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Istiusmodi Reges, quales is facere potest, qui summam potestatem habet unus & solus, constituere possunt liberi quoque populi. Romani, ut notum est, Dejotarum Regem appellarunt. Cum Cappadoces libertate donati essent à Romanis, hoc est, permillum illis esset, ut Regem non haberent, & verò iidem libertatis munus abnuerent, negantes vivere gentem sine Regibus posse: Rex illis à Senatu constitutus fuit Ariobarzanes, ut autor est Justinus in lib. XXXVIII & Strabo in lib. XII Geographiæ. Post, cum Romani denuo Regem haberent, quem tamen Principem & Imperatorem appellare malebant: habuit is quoque obnoxios sibi regulos quosdam. Tacitus, ubi de Cugiduno rege narrat, ipsi civitates quasdam fuisse donatas, mox addit, *veterem illam ac receptam populi Romani consuetudinem fuisse, ut haberet*

beret instrumenta servitutis & reges. In secundo historiarum recenset  
Sohemum, Antiochum, Berenicen. Antiochum verò *inservienti-*  
*um Regum dicissimum* vocat.

XXXIII. Præcipue huc etiam pertinet ista potestas,  
quam nostrâ ætate non pauci Reges habent, Germanorum puta, Da-  
norum, Polonorum, aliorumq;. Equidem omnem summam pote-  
statem in Germanicâ civitate non esse penes unum, facile intelligitur  
ex Auræ Bullâ, & Capitulationibus, quas vocant, Imperatorum. Ve-  
runtamen satis ampla & eximia potestas Imperatori nostro adhuc re-  
liqua est, cujus participandæ socium non habet. Deinde dignitas atque  
majestas ejusdem plane eximia & præcipua est, tum in nostrâ civitate,  
tum apud extreros. Inter eos, qui aliquam potestatem juncii obti-  
nent, necesse utique est, aliquem esse *ἑξάρχον ἢ κορυφαῖον*, qui cæte-  
ros convocet, cujusq; præcipua dignitas sit atque autoritas. Ita igitur  
primò animadvertimus, Imperatorem ac Regem nostrum inter  
omnes, qui præcipuâ quâdam potestate apud nos pollent, semper pri-  
mas tenere. Ipse consensu Electorum comitia convocat: per Se-  
cretarium suum res, de quibus deliberandum & decernendum est,  
proponit: post, ubi suffragia feruntur, ipsius unius suffragium æqui-  
valet cæterorum omnium. Supremum judicium, quod Spirâ est,  
quamvis ab Imperatore, & Statibus constitutum sit, nec avocatio ab  
illo fieri debeat, tamen & ipsum majestatem Imperatoris satis com-  
mendat. Vocatur nim. judicium illud Camera Cæsaris. Quandocun-  
que verò ab illo deciditur quippiam, fit illud sub nomine & sigillo  
Imperatoris. Et non ita pridem est, cum extrema provocatio fuit  
ad quoddam judicium collegium, quod à solo Imperatore constitu-  
tum fuit: nim. in seculo decimo quinto, & ante Maximiliani tempo-  
ra. Ipsi verò Maximiliani temporibus, cum litium seges succresce-  
ret multo plurima, deliberatum fuit de constanti quodam & perpe-  
tuo tribunali destinando. Neque multò post Spira Nemetum ac-  
commodata visa fuit perpetuo isti tribunali recipiendo, & eidem  
quoque rei consecrata in Comitibus Augustanis anno MD XXX. Cum  
autem constitutum esset Spirense istuc tribunal, mansit nihilominus  
aut constitutum certe in aulâ Cæsareâ fuit tribunal quoddam, quod  
vulgo *Reichshoffrath* vocant: idq; non adversantibus Electori-  
bus,

bus, cæterisque Statibus etiam nunc viget. Exstat de eo Capitulationis ejus, quam novissimè accepit Imperator & Rex noster, caput XLIII, his quidem verbis: **Insonderheit vnsern geheimen vnd Reichshoffrath mit Fürsten/ Grafen/ Herren/ von Adel vnd andern ehelichen Leuten / nicht allein auß Vntersassen / Vnterthanen vnd Vasallen / sondern mehrentheils auß denen so im Reich teutscher Nation anderer Orten erzogen vnd geböhren / darin begütert / der RechtsSachen wol erfahren / gutes Namens vnd Herkommens seyn / also bestellen / damit man nüglich schleunig vnd vnpartheyische *justitia administraret* werden möge.** In cap. I. ejusdem capitulationis in eandem ferè sententiam hæc leguntur: **Dazu insonderheit in dem H. Reich Srieden/ Recht vnd Einigkeit pflanzen / auffrichten vnd versüßgen sollen vnd wollen / daß sie ihren gebühelichen Gang / dem Armen / als dem Reichen / gewinnen.** Dum promittit ac jurat Imperator noster, se tribunal illud aulicum ritè constituendum curaturum, accipit utiqve illud constituendi legitimam potestatem: quam interpellare deinde non licet; si quidem promissis non malè stetur. Ipsum verò illud supremum judicium collegium accipit deinde ab Imperatore delegatam potestatem. Esse plurima, quæ à Camera Spirensi non cognoscuntur aut judicantur, id vulgo notum est. Inter alia sunt controversiæ de principalibus feudis. Competunt porro Imperatori ac Regi nostro uni & soli aliæ quædam potestates inter Germanos. Ipse Duces, Marchiones, Comites, Equites, Nobiles, Comites Palatinos, Doctores creat. In Capitulatione igitur recipit, se dignitatem Ducalem, aliamvè id genus nemini collaturum, nisi qui satis prædiorum possideat. Ipse jus investituræ & collationis feudorum principalium habet. De quo itidem in Capitulatione recipit. Habet & solus potestatem concedendi, ut Academiæ instituantur, civitates condantur. Itemq; jus stipularum civitatibus concedendi, cursus publicos instituendi, naturales filios legitimandi, hoc est, jubendi, ut eodem jure sinantur uti, quo utuntur legitimi. Atqve hæc de argumento, quod tractandum susceperamus, dicta nobis sunt.


ברוך יהוה לעולם אמן ואמן





beret instrumenta servitutis & reges. In secundum  
Sohemum, Antiochum, Berenicen. Antio-  
chum Regum dicitissimum vocat.

XXXIII. Præcipue huc etiam  
quam nostrâ ætate non pauci Reges habent, Ger-  
manorum, Polonorum, aliorumq; Equidem or-  
dinem in Germanicâ civitate non esse penes unum  
ex Aureâ Bullâ, & Capitulationibus, quas vocant  
runtamen satis ampla & eximia potestas Imper-  
liqua est, cujus participandæ socium non habet.  
majestas ejusdem plane eximia & præcipua est,  
tum apud exteros. Inter eos, qui aliquam po-  
tatem habent, necesse utique est, aliquem esse  
ros convocet, cujusq; præcipua dignitas sit atq;  
tur primò animadvertimus, Imperatorem ac  
omnes, qui præcipuâ quadam potestate apud nos  
mas tenere. Ipse consensu Electorum comiti-  
cretarium suum res, de quibus deliberandum  
proponit: post, ubi suffragia feruntur, ipsius  
valet cæterorum omnium. Supremum judicium  
quamvis ab Imperatore, & Statibus constituitur  
illo fieri debeat, tamen & ipsum majestatem  
commendat. Vocatur nim. iudicium illud Camera  
que verò ab illo deciditur quippiam, fit illud  
Imperatoris. Et non ita pridem est, cum ex  
ad quoddam iudicium collegium, quod à sole  
tum fuit: nim. in seculo decimo quinto, & an-  
te. Iphis verò Maximiliani temporibus, cum  
ret multo plurima, deliberatum fuit de consti-  
tuo tribunali destinando. Neque multò po-  
t commodata visa fuit perpetuo isti tribunali  
quoque rei consecrata in Comitibus Augustanis  
autem constitutum est: Spirense istuc tribuna-  
aut constitutum certe in aula Cæsareâ fuit tribu-  
vulgo Reichshoffrath vocant: idq; non a-



recenset  
rvienti-  
otestas,  
ta, Da-  
n pote-  
lligitur  
n. Ve-  
huc re-  
as atq;e  
ivitate,  
sti obti-  
vi cate-  
Ita igit-  
n inter  
per pri-  
per Se-  
um est,  
n æqui-  
piræ est,  
ratio ab  
tis com-  
docun-  
e sigillo  
ratio fuit  
constitu-  
tempo-  
cresce-  
perpet-  
tum ac-  
eident-  
& Cum  
ominus  
, quod  
lectori-  
bus,